



Biblioteka Jagiellońska
stdr0017560

BULLÆ & BREVIA
Summorum Pontificum Sacrarum Congregationū
DECRETA
nec non Serenissimorum Poloniæ Regum
DIPLOMATA.

Congregationem Ruthenorū O. S. B. M. concernentia, vel Eidem opportuna, Jussu Generalis Consultationis, cum interventu Provincialium Officiorum, sub annum millesimum septingentesimū sexagesimum quartum celebratæ, Typis Poczajoviensibus.

EDITA.

Anno 1767. Die 1ma Mensis Martij.

BULLA LEONIS X.

ontinens gratias Græcis ab eodem ummo Pontifice concessas.

eo Papa X ad Perpetuã rei memoriam. Accepimus nuper, quod licet dudum n Concilio Florentino sub fel: rec: Eunio Papa IV. Prædecessore nostro in quo inter cæteros Principes & rælatos, Jmperator tunc Græcorum, & quam plurimi alii Prælati nationis ræcæ pro unione facienda de Orientali ræcorum cum Romana Ecclesia, re tam iu a Prædecessoribus nostris Romanis ontificibus, ac tota Christiana, Republica esiderata, interfuerunt) inter alia atuta ac determinata nationem prædictam n quibusdam Eorum Ritibus & observantiis, quæ non imputabantur hæresi, rmanere, & inter cætera scilicet, uod: Presbyteri in fermentato celebrare, c sub alia forma, quam Romana baptiare, videlicet, Baptizatur servus DEI n nomine Patris, & Filii, & Spiritûs S. Amen. Jtem quod Ordinati in acris, matrimonio ante ipsorum sacrorũ rdinum susceptionem contractô uti, ac arbam nutrire, venerandumq́ Sacraentum sub utraq́ specie omnibus, etiam uertis, ministrare possint, per dictum

A *Concilium*

Concilium statutum, Ordinatum, &
decretum, sive permissum fuerit; ta
men Ordinarij Locorum Latini, ipsa
nationem super dictis Ritibus & obser
vantiis, in Locis, ubi præsenter Græc
morantur, quotidie molæstant, pertur
bant, & inquietant, cogentes puero
ipsorum & alios, eorum more baptizatos
iterum more Romanæ Ecclesiæ baptizari
dictumq; Sacramentum sub utraq; speci
omnibus, etiam pueris prædictis, minim
ministrari debere, neq; barbam nutrire
neq; in fermentato, sed azymo celebrare
ac Ordinatos in dictis sacris Ordinibu
Matrimoniô non uti; propter quæ &
nonnulla alia quotidie in populo diver
scandala exoriuntur, ac indies, nisi
opportuno remedio per nos, aut sede
prædictam provideretur, exoriri conti
geret. Considerantes autem nos, oper
pretium, piumq; fore, ac necessarium
ut unio prædicta, multi labore quæsita
ac per Romanos Pontifices sollicitata co
servetur, & dictorum Græcorum m
lestiis, ac impedimentis hujusmodi o
victur, ipsorumq; quieti, atq; animaru
consolationi in præmissis oportune cons
latur, nec non Ritus & observantiæ
eorum Ecclesiis et alibi juxta antiqua
ipsorum consuetudinem præserventur
mo

motu proprio, non ad alicujus nobis super
hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de
nostra mera liberalitate, & ex certa scien-
tia, ac de Apostolicæ Libertatis plenitudine
dictis Græcis, tam Prælatis, quam aliis
personis nationis Græcæ, & eorum cui-
libet, ut eorum Ritibus ac observantiis,
sive consvetudinibus, ut præmittitur,
uti, ac illos & illas observare, mis-
sasq; et alia Divina officia secundum eorũ
antiquam consvetudinem celebrare; Nec
non Archiepiscopis, Episcopis, & aliis
prælatis Græcis, & inter eosdem Græcos,
ubi Archiepiscopi, Episcopi, & alii
Prælati Latini jurisdictionem habent,
Pontificalia libere exercere officia, ac
à suis Ordinariis, Officiis, Ecclesiis, ac
piis locis, & Oratoriis, super hujus-
modi Rituum observantia per Latinos
Antistites & Prælatos, etiam Locorum
Ordinarios, & Dominos temporales,
Magistratus sæculares in judicium, vel
alias inviti minime trahi, nec non ut qui-
cunq; Clerici greci, ac aliæ Personæ natio-
nis Græcæ undecunq; venientes in locis,
ubi Archiepiscopi, Episcopiq; & alii
Prælati Latinorũ, & Domini temporales
sunt, ab ipsis Græcis quam Latinis ele-
emosinas petere, & accipere libere &
licite possint, motu & scientia similibus
 tenore

tenore præsentium concedimus, & in
dulgemus. Et insuper quod nullus Archi
episcopus & Episcopus Græcus Clerico
Latinos, nec Latinus Archiepiscopus &
Episcopus etiam Ordinarius Clerico
Græcos ad sacerdotiũ promovere valeant
ac quod in Diœcesi, ubi Latini & Græ
inhabitant, & solum Archiepiscopun
sive Episcopum Latinum Ordinariun
habent, dictus Archiepiscopus sive Epis
copus circa negotia & causas dictorum
Græcorum Vicarium Græcum ipsis Græ
cis gratum, vel per ipsos Græcos eli
gendum, ex quo Græcus vir meliu
Græcos mores novit, quam Latinus
eorum stipendio & salariô retinendu
deputare. Quodq; in causis appellationi
ad Metropolitanum, qui forsan Græcu
non esset, dictus Metropolitanu
similiter in dictis causis judicem Græ
cum deputare teneatur. Et insupe
cum in Parochialibus Ecclesiis ipsorum
Græcorum ex antiquissimo, & hactenu
observato Ritu non nisi semel in di
per unum sacerdotem celebrari liceat
& tamen nonnulli sacerdotes Latino
rum dimissis ipsorum propriis Paro
chialibus Ecclesiis, ut præfatos Græco
injuriâ afficiant, & ad disturbandu
eorum Ritum & consuetudinem hujus

modi, nescitur quo spiritu ducti, in-
terdum altaria dictarum Parochialium
Ecclesiarum præoccupant, & inibi contra
voluntatem eorum Græcorum, missas,
& forsan alia Divina officia celebrant,
adeoq; dicti Græci sæpenumero sine audi-
tione missarum cum magna animorum
molestia Festivis & aliis diebus, quibus
missam audire consueverunt, remanent.
Nos autem ad obviandum scandalis, &
providendum, ne in futurum molestiæ
hujusmodi Græcis ipsis inferantur, sa-
cerdotibus prædictis latinis, ne decætero
missas, et alia Divina officia in dictis alias
Ecclesiis eorundem Græcorum celebrare;
Magistratibus vero, si qui sunt, ne dictis
sacerdotibus auxilium & favorem præ-
stent, nec non ut nullos Ritus & cere-
monias Græcorum in dicto Concilio Flo-
rentino, vel alias approbatos blasphe-
mare, aut reprobare, seu improbare.
Ac ubi duo, unus Latinus, alter vero
Græcus ejusdem Loci, prout in Cepha-
lonia & Zacyntho, & forsan alibi sunt
Episcopi, Episcopus Latinus Personis
Ecclesiasticis & sæcularibus Græcis ac
jurisdictioni Græcæ, vel aliis quibuscunq;
ad Episcopum Græcum quomodolibet
spectantibus nullatenus se intermiscere
præsumat, sed Episcopus Latinus Lati-

norum, Episcopus vero Græcus Græcoru
duntaxat curam, regimen, & juri
dictionem respective habeant, & exe
ceant. Etinsuper ut Præsbyteri & Cleri
Latini in Ecclesiis Græcorum neq; cel
brare, neq; funeralibus, nuptiis,
Baptismis, & aliis Græcorum actibu
publicis & privatis interesse, aut
immiscere, nisi ad hæc specialiter pe
ipsos Græcos vocati fuerint, audeant
vel præsumant. Quod Clerici & Præ
sbyteri sæculares & Monachi Græcoru
eorumq; Ecclesiæ ac Monasteria, & Bon
quæcunq; omnib9 & singulis Privilegiis
immunitatibus, exemptionibus, favo
ribus, & indultis ac gratiis, qui
bus Clerici, Præsbyteri, & Monachi La
tini, eorumq; Ecclesiæ, Monasteria, &
Bona quæcunq; de jure, sive consvetudine
vel alias quomodolibet utuntur, poti
untur, & gaudent, uti, potiri, &
gaudere libere & licite possint &
valeant: Nec non Abbates & Mo
nachi Græci, eorumq; Monasteria, & Bon
quæcunq; omnibus & singulis Privilegii
exemptionibus, indultis, gratiis, &
Prærogativis in Bulla: Mare magrum
nuncupata, contentis Fratribus Ordin
Minorum Regularis observantiæ, eorumq
monasteriis, Locis, seu conventibus tam
per

er dictam Bullam, quam alias quomodolibet concessis, & concedendis etiam lli, potiri, & gaudere possint. (✠) Nec

---

Bulla ob amplissimas gratias apellata mare magnum.

(✠) SIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum DEI. Ad perpetuam rei memoriam, Regimini Universalis Ecclesiæ, meritis licet insufficientibus disponente Domino Præsidentes, curis perurgemur assiduis, ut juxta creditæ nobis desuper dispensationis officium, quieti subditorum quorumlibet, præsertim sub Religionis habitu, Studio vacantium piæ vitæ, in quorum utiq; prosperitate reficimur, jugi quantum nobis ex alto conceditur sollicitudinis Studio intendamus, & ut ea, quæ pro Divini cultus, dictæ Religionis incremento animarumq; salute à Prædecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, provide facta sunt, sublatis ambiguitatibus, quæ ex inde emersisse noscuntur, in sua integritate persistant, nostri ministerii partes interponimus efficaces. Dudum siquidem á felicis recordationis Eugenio Papa IV. Prædecessore nostro, Literæ emanaverunt tenoris

tenoris sequentis, videlicet. (a)
§ 1 mg. *Eugenius Episcopus servus servorum DEI. Ad perpetuam rei memoriam. Licet debitum Pastoralis officii &c:* § 2 dg. *Clemens Episcopus &c: virtute conspicuos &c:*
§ 3. tig. *Nos igitur qui Dicti Ordinis Fratrum Minorum, in quo Generalis ministri fungebamur officio, dum ad Cardinalatus honorem assumpti fuimus, & Personarum ejus statum prosperum, & tranquillum, propter uberes fructus, quos Ordo ipse multâ refulgens gloriâ meritorum, & gratia redolens sanctitatis in agro militantis Ecclesiæ, in propagatione Religionis & Fidei orthodoxæ, hactenus produxit utiliter & producit, ac in futurum producturum fore spe firma tenemus, palmites suos a mare usq; ad Mare, & etiam ad barbaras extendendo nationes, intensis desideramq affectibus Clementis & Eugenii prædictorum, ac aliorum Prædecessorum nostrorum, qui Ordinem prædictum Fratrū Minorū aliis variis Privilegiis*

non

(a) *Eug: IV. Confirmavit Bul: Clem: IV.*

non immerito decorarunt, vestigiis inhærentes, motu proprio, non ad eorum dicti Ordinis Fratrum Minorum Professoorum, vel alterius pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate & deliberatione, ac ex certa scientia nostra, Clementis, & quascunq alias quorumcunq; Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Literas dicti Ordinis Fratrum Minorum, & illius Domibus, & Professoribus in genere, sub quacunq; verborum forma concessas, quas ac si de verbo ad verbum, una cum prædictis Literis Eugenii Prædecessoris præfati, præsentibus inserta forent, haberi volumus pro expressis, ac omnia, & singula in illis contenta, autoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & pro potiori Cautela omnia & singula per Clementis, & Eugenii, aliosq; Prædecessores nostros prædictos in Eisdem literis, pro & in Favorem dicti Ordinis Fratrum Minorum quomodolibet ordinata, statuta, Decreta, concessa, & indulta fieri, & servari

decere

debere, authoritate, motu, & scientia prædictis de novo Ordinamus, statuimus, atq; decernimus, ac eidem Ordini Minorum, illiusq; Domibus & Professoribus concedimus, & indulgemus.

§ 4. Et quia sicut accepimus, nosq; ipsi Experientiâ didicimus in minoribus constituti Præfati Ordinis curam gerentes, circa Literas, & Privilegia hujusmodi non nulla dubia postmodum sunt exorta, habita super illis consideratione decenti, motu, authoritate & scientia similibus, Literas Ejusdem Clementis Prædecessoris in Ea parte, (b) in qua concedit dicti Ordinis Professoribus, ut Liceat Eis in Locis in quibus degunt habere Oratoria, & in Eis cum altari Portatili etiam tempore interdicti, januis Clausis, Excommunicatis & interdictis exclusis, missarum solemnia & alia Divina officia celebrare; & quod Eorum insistentes obsequiis, Censuris generaliter promulgatis non ligentur, cum contingat Eos persæpe requiri, ut etiam extra Oratoria super hujusmodi altari Portatili celebrent Divina officia, & ad

& ad

(b) Vide Trid: ses: 25. c: 12. de Reg:

& ad illa interdicti tempore, Tertii Ordinis S. Francisci de Pænitentia nuncupati Fratres & sorores, ac suos & illorum Procuratores admittant extendentes. Concedimus Eisdem Fratribus, ut non solum in Oratoriis & Locis in quibus degunt, sed etiam in quovis alio Loco congruenti & honesto, possint super altari Portatili Ejusmodi, missas & alia Divina officia libere, & licite celebrare, exceptis Ecclesiis ab ordinarii jurisdictione non Exemptis, quoties id Eisdem Fratribus per ordinarios ex causa contigerit inhiberi. Et ut Liceat Eis tempore interdicti Fratres & sorores dicti Tertii Ordinis Beati Francisci de Pænitentia nuncupati, nec non ipsorum Fratrum Minorum, ac Fratrum, & sororum dicti Tertii Ordinis, & monialium S. Claræ Procuratores, & negotia gerentes utriusq; sexûs admittere ad Divina

§ 5. Præterea, Quia idem Clemens Prædecessor in dictis suis Literis Generalibus, & Provincialibus Ministris, & Eorum Vicariis, ac Custodibus, absolvendi Fratres Ejusdem Ordinis, nec non Fratribus dicti Ordinis

Ordinis

legiis, quibus viventibus eorum vir Presb

Ordinis, quos ipsi Ministri, Vicarii & Custodes habuerint pro tempore in Confessores absolvendi ipsos Ministros Vicarios, & Custodes ab excessibus & censuris, nisi talia perpetrassent, propter quæ essent merito ad sedem Apostolicam destinandi, ac cum Eis desuper dispensandi, facultatem concedit, & propterea qui sint destinandi persæpe revocetur in dubium ut absolventium & absolvendorum, dispensantium & Dispensatorum pro tempore Puritati conscientiæ consulamus; Declaramus Hæreticos relapsos, schismaticos, & qui Literas Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, duntaxat esse ad sedem Apostolicam merito destinandos. Reliquis vero omnibus, etiam simoniæ pravitate qualitercunq; irretitos, posse per illos, quibus inibi conceditur, absolutionis beneficium, & Dispensationis gratiam juxta casuum exigentiam impertiri. (c) § 6. Eam vero partem Literarum Ejusdem Clementis Prædecessoris, in qua sepulturam in Ecclesiis, Fratrum dicti Ordinis, liberam esse

(c) Vide Trid: ses: 25. c: 13. de ref:

Presbyteris, seu Clericis gaudere poterant

esse voluit, salvâ justitiâ Ecclesiarum, a quibus corpora mortuorum assumuntur, declarantes libertatem hujusmodi, intelligi debere, etiam quo ad hoc, ut Fratres ipsi nullius super hoc petitâ Licentiâ, Parochias in quibus corpora tradita forent cum Cruce processionaliter ingredi, ac Corpora ipsa levare, & ad Eorum Ecclesias sepelienda deferre possint, ubi hoc consuetum foret, vel Presbyteri de levatione requisiti id facere recusarent, nec cogantur inviti etiam prætextu cujusvis Consuetudinis, ipsi vel Defunctorum consangvinei, illa ad Parochiales Ecclesias, aut alia loca deferre, & cum illis vel sine, inibi celebrare, vel Celebrari facere pro Eisdem defunctis aliqua Divina officia, ante vel post sepulturam Eorundem: justitiam autem Ecclesiarum á quibus Corpora ipsa sumuntur, juxta Ejusdem Clementis Prædecessoris voluntatem salvam esse debere decernimus eo casu, quô duntaxat apud Loca ipsorum Fratrum corpora ipsa sepeliuntur; si vero non apud Eos, seu alios etiam Mendicantium Ordinum Professores, Corpora ipsa contingeret sepelire

pelire, ex his quæ ad Fratres prædictos, apud quos tunc Corpora ipsa non sepelientur de bonis defunctorum quomodolibet obveniret quovis particulari vel universali titulo directe, vel per obliquum, nullā canonicam aut Parochialem portionem dare teneantur, nec similiter aliqua portio debeatur de his, quæ ad certos determinatos usus, Eisdem Fratribus vel Eorum Domibus, in genere aut in specie, etiam de bonis Eorum, quorum cadavera apud Eos contigerit sepeliri; nec etiam in casibus, in quibus per Ejusdem Clementis & aliorum Prædecessorum nostrorum specialia Privilegia, Fratres ipsi ab huiusmodi solutione Quartæ sunt exempti, nec aliquo casu de Candelis, quæ ad manus Fratribus dantur, Quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In Reliquis vero casibus, quam in Præmissis, in quibus Quarta ipsa solvenda veniret, conventiones, si quæ sunt inter Fratres Prædictos, & Locorum Ordinarios, ac Ecclesiarum Rectores initæ, laudabiles & honestæ, in posterum observentur. § 7. Etsi forte contingat per nos vel sedem Apo-

stolicam

stolicam de piis legatis dispositis, & relictis in genere, vel specie, Decima, vel alia portio, seu Quarta alteri piæ, vel non piæ causæ, ex quavis Causa hactenus concessa foret, aut in posterum concedi, & solvi, aut dari mandari contingeret, Fratres prædictos & Illorum Domos ac Eis legata, & relicta aut alias in Eorum favorem disposita, in concessione, & mandatis huiusmodi decernimus, & volumus non includi, nisi de ipsis Fratribus & presenti Decreto, ac voluntate nostra, non per Generales clausulas, quæ etiam specialem mentionem importare viderentur, sed vera & specifica mentio fiat in Eisdem. § 8. Indultum vero Ejusdem Clementis Prædecessoris de Decimis non solvendis, ad quæcumque bona Dictorum Fratrum, & quascumque Decimas, etiam quas Vulgus Papales appellat, & Apostolica sedes pro Christianæ Fidei defensione, aut aliis imminentibus persæpe necessitatibus indicit, & quæcumque alia onera motu & scientiâ prædictis extendimus, decernentes ipsos Fratres Minores etiamsi per quoscumque Exemptos

& mendi-

dimus, decernimus, declaramus. Ac ita
& alios

& Mendicantes ſolvi mandarentur, cum quibuſvis derogatoriis, & fortioribus clauſulis, ad illarum ſolutionem non teneri, & in illorum ſolutione ceſſando, Cenſuras & pœnas aliquas non incurrere, niſi præſentibus non per Generales, aut alias Clauſulas ſpecialem mentionem importantes, ſed alias ſit derogatum ſpecifice earum de verbo ad verbum inſertum tenore. (d) § 9. Et ne prætextu Conſtitutionis Innocentii Papæ IV Prædeceſſoris noſtri quæ incipit (Volentes) Locorum Diœceſani & allii Ordinarii, aut alii quicunq; in perſonas & Locum Fratrum prædictorum contra Ejusdem Clementis Prædeceſſoris in fine Literarum Præfatarum Ordinationem ſibi quicunq; iuriſdictionem & Superioritatem vendicare præſumpſerit, diſtrictius inhibemus, ne quiſpiam abſq; dictæ ſedis ſpeciali Commiſſione & authoritate in Perſonas, Domos, & Loca

(d) Vide drid: ſeſ: 5. de ref: c. 2. & 4. ſeſ: 23. c. 6. & 15. ſeſ: 6. c. 3. ſeſ: 25. c.: 6. & 11. Conſtitu: Clem: VIII. 39. ſuſcepti. & Greg: XV. Inſcrutavili:

Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis
Prælatis

& Loca dicti Ordinis Fratrum Minorum, utpote prorſus Exempta, aliquam Excommunicationis, Suſpenſionis, & interdicti ſententias, ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, Domos, & Loca huiuſmodi aliquam præeminentiam, ſuperioritatem, & jurisdictionem quomodolibet exercere præſumant, etiam ratione contractûs, vel delicti, ſeu rei, de qua ageretur, ubicunq; ineatur contractus, committatur delictum, & re ipſa conſiſtat. Decernimus quoq; ex nunc quaslibet Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, & quoſcunq; Proceſſus, qualvis pœnas, & ſententias generales, vel ſpeciales continentes, quos & quas promulgari, vel haberi. & omnia quæ contra Fratres, Domus, & Loca dicti Ordinis quomodolibet fieri contigerit, etiam Eorum exemptione, utpote notoria, non aliter allegata, nullius roboris vel momenti eſſe, & pro infectis prorſus haberi debere. § 10. Præterea, quia Parochialium Eccleſiarum Rectores præfati, erga illos, qui dictis Fratribus Ordinis Minorum Eorum

 peccata

peccata confitentur, persæpe se reddunt in exhibitione Eucharistiæ & Extremæ unctionis difficiles, Concedimus ipsis Fratribus Ordinis Minorum, ut Eisdem Personis Eis confessis, quibus Rectores præfati sine rationabili causa denegaverint, seu malitiose distulerint Eucharistia, seu extremæ unctionis Sacramenta, ministrare, super quo Eorundem Confessorum assertioni stari debeat, illa petentibus possint impune exhibere.

§ 11. Et cum aliquando contingat Monasteria Monialum Sanctæ Claræ, & Minorissarum, seu Sancti Damiani nuncupatarum Monialibûs destitui, adeo, ut de Eorum reformatione spes nulla supersit, convenientiusque sit, quod illorum sic destitutorum bona ad ipsos Fratres deveniant, quorum erant curæ commissæ, quam ad alios; illa quæ sic destituta existunt, & destitui contigerit in futurum, cum Eorum bonis omnibus perpetuis usibus Fratrum Domûs dicti Ordinis Minorum ejusdem destitutis Monasteriis propinquiores applicamus, ita ut Fratres ipsi possint de illis, & eorundem Monasteriorum structuris, & ædificiis

ædificiis, pro eorum voluntate disponere. Provisò quod illorum Ecclesiæ, & Oratoria ad prophanos usus non redigantur, sed in illis quandoque Divina celebrentur officia. § 12. Insuper cum nonnulli ad Ordinem Prædictum Fratrum Minorum specialem gerentes Divotionis affectum, Ordinent Eorum cadavera cum habitu Fratrum Minorum, aut Sororum Dicti Ordinis de pænitentia sepeliri, ne ex illorum corporum delatione ad alia Loca Ordini & Fratribus prædictis injuria irrogetur, decernimus tales apud Fratres ipsos esse sepeliendos, etiamsi alibì suam elegissent sepulturam, nec posse etiam in Loco per Eos electo cum habitu quomodolibet sepeliri, aut ad sepeliendum portari, absque Fratrum Domûs, Loci, in quo tales decesserunt, expressa Licentiâ & assensu.

§ 13. Cæterum ne si ratione Parochialium Ecclesiarum, apud quas Domus eorundem Fratrum constructæ fuere, aut construerentur in posterum, Locorum Ordinarii in Eosdem Fratres aliquam Superioritatem vendicare tentarent, Fratrum Eorundem quies in aliquo perturbaretur

cunq; aliis, videlicet Prælatis, majoribus

---

baretur, concedimus Iisdem Fratribus, ut in sic concessis, & quas Iis concedi contigerit, Curatis Ecclesiis, possint per Capellanum, per Eos pro Eorum nutu ponendum & amovendum, curam hujusmodi exercere, qui quamdiu Capellanatûs hujusmodi fungetur officiô, ac si dicti Ordinis Minorum Professor existat, dictorum Fratrum Minorum Libertate & exemptione fruatur, Ecclesiæ vero Prædictæ & illarum bona, illâ, quâ Domus Fratrum Dicti Ordinis, prærogativâ letentur. (a) § 14. Et ut dicti Ordinis Professoribus omnino vagandi tollatur occasio, & ad Apostolicam sedem recurrendi subtrahatur pro posse necessitas, Generali & Provincialibus Ministris Dicti Ordinis, pro tempore Existentibus, & illorum Vicariis dispensandi cum dicti Ordinis Minorum Professoribus, defectum natalium ex adulterio sacrilego, incestu & quovis alio nefario, & illicito coitu provenientem facientibus, necnon cum Iis, qui ex quavis causa, (præterquam homicidii voluntarii, Bigamiæ, & mutilationis membrorum

membrorum

(a) Vide Bul: 115. Clem: VIII. Quæcunq.

Joribus sub suspensionis â Divinis, aliis vero

---

membrorum) Irregulares fuerint, postquam Ordinem ipsum Professi fuerint, ut Defectu & irregularitate hujusmodi non obstante, irregulares ipsi ad quoscunq; etiam sacros Ordines promoveri, & in illis etiam altaris ministerio ministrare, & tam ipsi Regulares, quam defectum natalium patientes prædicti ad quascunq; administrationes & officia dicti Ordinis eligi, recipi, & assumi, illaq; gerere & exercere libere & licite valeant, motu, scientia & authoritate prædictis concedimus per Præsentes. § 15. Rursus intelleximus, quod & si bonæ memoriæ Joannes Papa XXII. Prædecessor noster, illorum opinionem, qui asserebant, quod confessi Fratribus prædicti Ordinis, & aliorum Ordinum Mendicantium, ad audiendas confessiones juxta juris dispositionem Deputatorum pro tempore, tenebantur eadem peccata Rectori eorum Parochialis Ecclesiæ iterum confiteri, reprobaverit; & deinde Præfatus Eugenius Prædecessor reprobationem hujusmodi approbaverint, contra talia asserentes tanquam de hæresi suspectos per Locorum

corum

verò inferioribus sub Excommunica-
tionis

eorum Ordinarios inquiri & procedi mandaverit, ac successive piæ memoriæ Nicolaus Papa V. similiter Prædecessor noster gesta in Præmissis ab Eisdem Joanne & Eugenio Prædecessoribꝰ robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreverit, nihilominus adhuc nonnulli Eorum inhærentes protervia, opinionem prædictam, & desuper factos damnatos, ac male sonantes, ac reprobos articulos, veros esse affirmare non verentur, ut talium præsumptuosa temeritas tanto minus invalescat, quanto plurium erit superorum correctioni subjecta, concessam contra tales, per Ejusdem Eugenii Prædecessoris Literas Locorum Ordinariis facultatem, ad inquisitores Hæreticæ Pravitatis extendimus, ac volumus, quod inquisitores ipsi quicunque fuerint, eadem quâ Ordinarii contra tales auctoritate fungantur.

(b) § 16. Postremo cum Prædicatorum, sicut & Prædicti Minorum Ordinum Professores pro Fidei Catholicæ dilatatione continuo

(b) aliam Communicationem habes infra, in Iii V Consti: 41. Etsi Mendicantium.

tionis Latæ sententiæ, & privationis Benefici-

continuo indefesse laborent, fructusq; afferant in DEI Ecclesia salutares, & propterea fuerint variis per Sedem Prædictam Privilegiis decorati, ut quos par Labor, pariaq; merita conjungunt, paria conjungant Privilegia & favores, Eisdem Ordinis Minorum Fratribus ut Professoribus, ac confessis Fratribus & Eisdem Prædicatorum Ordinis Fratribus ut Præmissis, & aliis concessis prædictis Fratribus Minoribus Privilegiis, indulgentiis & Gratiis, favoribus, & indultis, tam Spiritualibus, quam temporalibus à Prædictis, & aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, aut aliis authoritatem habentibus, quæ omnia, acsi nominatim exprimerentur, haberi hic volumus pro expressis, & nostræ approbationis munimine solidamus, ac decernimus robur perpetuæ firmitatis obtinere, potiri & gaudere possint, & debeant, perpetuis futuris temporibus, in omnibus & per omnia, prorsus & sine ulla differentia, proinde acsi quæ Uni ex Ordinibus Prædictis sunt concessa, utriq; simul nominatim concessa fuissent, aut concederentur, in posterum

neficiorum Ecclesiasticorum, quæ obti-
nent

posterum. Et quæ de Magistro Generali
& Provincialibus Prioribus dicti Ordi-
nis Prædicatorum, ac Monasteriis Mo-
nialium sub Eorundem Fratrum Prædi-
catorum cura, & secundum ipsius Or-
dinis Prædicatorum instituta viventium
sunt statuta, in Generali & Provin-
cialibus Ministris, & Vicariis dicti
Ordinis Fratrum Minorum, & Mo-
nasteriis Monialium dicti Ordinis Sanctæ
Claræ, & Minorissarum & Sancti Da-
miani nuncupatarum, & econtra cen-
seantur esse statuta. § 17. Dis-
trictius inhibentes Eisdem Locorum
Ordinariis, sub interdicti ingressus Ec-
clesiæ, & suspensionis á Regimine, &
administratione suarum Ecclesiarum, ac
Parochialium Ecclesiarum, ac Rectoribus
& aliis quibuscunq; sub Excommunica-
tionis Latæ sententiæ, & Privationis
Eorundem Parochialium Ecclesiarum, ac
omnium aliorum Beneficiorum Ecclesia-
sticorum, quæ obtinent, nec non inha-
bilitationis ad illa, & alia in posterum
obtinenda, pœnis, eô ipsô Eos, qui
contra fecerint, incurrendis, ne Ordines
Prædictos Fratrum Prædicatorum, &
minorum

nent, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia
in posterum

Minorum, & illorum Domos, & Pro-
fessores, præter, aut contra prædic-
tarum Clementis & Eugenii Prædictorum,
& aliorum quorumcunq; Prædecessorum
nostrorum, & præsentium nostrarum
Literarum tenorem, inquietare, seu mo-
lestare, & Eos, aut testamentorum ulti-
marumq; voluntatum Executores, &
Hæredes prædictos, seu quoscunq; alios,
directe vel indirecte ad solutionem alicuius
Quartæ Parochialis seu, canonicæ, vel
alterius portionis, seu oneris ad faci-
endum celebrari aliquod officium, &
Eorum Ecclesiis, vel alibi, dum apud
ipsos Fratres decedentium cadavera tu-
mulantur, ante vel post Eorum sepul-
turam cogere, nec Confessis dictis Fra-
tribus Prædicatoribus & Minoribus pro
tempore, Eucharistiæ seu, Extremæ un-
ctionis Sacramenta, sine rationabili
Causa denegare, vel illorum Exhibiti-
onem malitiose differre, aut Eorum
Parochianis, ne dictis Fratribus confi-
teantur prohibere, vel persvadere, nec
etiam ad præmissa, seu aliquod præmis-
sorum auxilium, Consilium vel favorem
dare, directe vel indirecte quoquo modo
præsumant

in posterum obtinenda ipso facto per
quemlibet

præsumant. § 18. Et nihilominus cuilibet in Dignitate Ecclesiastica Constituto, & Metropolitanæ vel alterius Cathedralis Ecclesiæ Canonicis per Universum orbem, qui desuper per Dictorum Ordinum Priores, aut Gvardianos & Fratres, ac aliorum, seu ad commodum Eorum Romanæ Ecclesiæ Syndicus desuper requisitus fuerit per Apostolica scripta in solidum mandamus, quaterus per se, vel alium, seu alios, Præmissa ubi & quando opus fuerit solemniter publicantes, & Eisdem Fratrum Prædicatorum & Minorum Ordinibus, & illorum Domibus ac Professoribus, in præmissis efficacis defensionis Præsidio assistentes, faciant Eos pacifica Possessione, vel quasi Privilegiorum & concessionum hujusmodi gaudere, non permittentes Eos seu testamentorum Executores & Hæredes Prædictos contra illorum tenorem per Ordinarios, & Rectores Prædictos, aut quoscunque alios indebite molestari, aut eis gravamina, injurias, atque damna inferri, seu quomodolibet irrogari. Ac etiam summarie, & de plano, sine strepitu & figura
judicii

quemlibet contra facientem incurrendis
pœnis

judicii, sola peccati veritate inspecta, contra quoscunque, cujuscunque qualitatis vel conditionis existant, aut quacunque Ecclesiastica etiam Patriarchali, Archiepiscopali, vel mundana forent dignitate, & exemptione muniti; in quibuscunque causis per Eos movendis, quacunque ratione vel causa, quæ excogitari possit, Eis ministrent justitiæ complementum, exequendo, quod per Eos fuerit ordinatū, per illos quos Censuras & pœnas prædictas incurrisse constiterit, illos irretitos esse declarent, ac faciant, & mandent interdictos, suspensos, & excommunicatos publice nuntiari, & ab omnibus arctius evitari, ac legitimis super his habendis servatis processibus, illos quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggravare procurent. Contradictores, auctoritate nostra, apellatione proposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§ 19. Non obstantibus recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII, quibus cavetur, ne quis extra suam Civitatem & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra dictam a
Fine

pœnis præcipientes mandamus, quatenus
præfati

Fine suæ Diœcesis ad judicium evocetur, seu ne judices á sede Apostolica Deputati, extra Civitatem & Diœcesim, in quibus Deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere præsumant, & de duabus Dietis in Concilio Generali nec non quæ incipiunt, super Cathedram Bonifacii, & dudum Viennensis Concilii, ac recolendæ memoriæ Calisti Papæ III. etiam Prædecessoris nostri Literis, aliisque Apostolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, specialibus vel generalibus, nec non Octonis & Octoboni olim in Regno Angliæ Apostolicæ sedis Legatorum Constitutionibus, Ecclesiarum quoque, ac Locorum quorumlibet statutis & Consuetudinibus, & inter quoscunque dictorum Ordinū Prædicatorū & Minorum Professores, ac Locorum Ordinarios, seu Rectores Prædictos initis & Conclusis hactenus observatis, Pactis & Conventionibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis. Nec non omnibus illis, quæ Clemens & Eugenius Præfati, in Prædictis

præsentes Literas ac omnia in eis contenta
inviola-

---

dictis Eorum Literis voluerunt non obstare contrariis quibuscunque. Quibus omnibus, illa acsi de verbo ad verbū insererentur, & derogatoriarum derogatorias clausulas in se continerent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad ad præmissa specialiter & expresse derogamus. Aut si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Rectoribus Præfatis, seu quibusvis aliis, communiter, vel divisim á sede Præfata indultum existat, quod interdici, suspendi, vel Excommunicari, aut extra, vel ultra certa Loca, ad judicium evocari non possint, per Literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dictæ sedis idulgentia, generali vel speciali, cujuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus Eorum, & concessa in Eis jurisdictionis executio impediri possit quomodolibet vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris Literis, mentio specialis. Nec
enim

inviolabiliter observent, sicq; per quos- cunq;

enim ex nunc illa, & quæcunq; alia, quæ in futurum per nos, vel sedem Apostolicam quomodolibet concedi, & statui, decerni, vel ordinari contigerit, contra Clementis, Eugenii, aliorumq; Prædecessorum Prædictorum, & præsentium literarum hujusmodi tenorem, nec non secus super his á quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irrita & inania, nulliusq; roboris vel momenti esse decernimus. § 20. Et quia Difficile foret Præsentes Literas ad singulas Provincias originaliter destinare, volumq, & dicta autoritate decernimus, quod transumptis Eorum, manu Notarii Publici, & Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, aut alicujus Episcopali vel Archiepiscopali sigillo munitis, ea prorsus in judicio & extra, ubicumq; exhibita vel ostensa fuerint, fides adhibeatur, acsi ipsæ originales Literæ forent exhibitæ, vel ostensæ. § 21. Nulli Ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum approbationis, Constitutionis, Ordinationis, statuti, Decreti, Concessionis, indulti, voluntatis, Applicationis

cunq; judices in Romana Curia, vel extra

cationis, inhibitionis, Extensionis, solidationis Mandati, & Derogationis, infringere, vel Et ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis DEI, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Ejus, se noverit incursurum.

Datt Romæ apud S. Petrum Annô incarnationis Dominicæ Millesimô Quadringentesimô Septuagesimô Quartô, Pridie Calen: Septembris. Pontificatûs nostri Anno 4 to.

Confirmatio & nova concessio plurimorum indultorum pro Ordinibus Fratrum & Monialium Mendicantium. Et declaratio, atq; extensio Concilii Tridentini circa ea. Et communicatio Eorumdem indultorum cum aliis Ordinibus Regularibus. Nec non jusdictio conservatorum. Constitutione XLI. Edita Annô D. 1567. & 1571.

PIUS QUINTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi Mendicantium Ordines, qui sedulum in Vinea Domini

extra eam in quacunq; instantia judicari, sententiari

mini quotidie extruere non cessat famu-
latum summo semper Studio, etiam dum
in minoribus essemus, amplexi fui-
mus, ad summi tamen Apostolatus apicem
meritis licet imparibus divina favente
clementia assumpti, dum id mente recolimus
facere non possumus, quin eos propensi-
ori caritate, & Paterno affectu comple-
ctamur, ac exinde pro suis Sanctis Stu-
diis, honestisq; laboribus, pro quo San lo
animarum, ab Apostolica sede, cujus
continuo pacem & dignitatem Ordines
ipsi fortiter tutati sunt, tum Spiritua-
lia, tam temporalia subsidia, ornamen-
taq; acceperint, & accipiant, quibus
& Sancta sua officia, ac vitam suam
Regularem facilius atq; expeditius exe-
qui, & transigere possint, & Caetera
Religiosae Personae, Ordinesq; alii exemplo
ipsorum promptiores, alacrioresq; ad sua
officia persolvenda redderentur.

1. Hinc est, quod nos attendentes ple-
rosq; & venerabilibus Fratribus nostris
Archiepiscopis & Episcopis, qui eosdem
Ordines praecipue tanquam fructiferos in
agro Domini Palmites & colere &
adjuvare deberent, non solum id exequi
negligere

sententiari, & defuiri debere, sublata
eis

negligere, verum etiam Concilii Triden-
tini Decretis in pravum sensum retortis,
eos et eorum quemlibet variis afficere in-
commodis, & perturbationibus, eorumq;
privilegiis non modicum afferre grava-
men. 1. Quidam enim Episcopi, ut
accepimus, nolunt admittere quosdam
Regulares ad praedicationem, etiam in suis
Ecclesiis faciendum, quamvis de eorum
habilitate ad hujusmodi opus exercendum
habeant bonum testimoniũ a suis superio-
ribus. Alii vero volunt, ut nedum se-
mel, sed etiam pluries in Anno, eorum
ipsis, vel eorum Vicarii Praedicatores
praesententur, ac pro licentia praedicandi,
quam nonnisi in scriptis dare volunt,
aliquid quandoq; exigunt. Alii etiam E-
piscopi maximam regularibus injuriam
irrogare videntur, dum praeter Ordinem
& veterem consvetudinem, absq; ulla
ratione quosdam rejiciunt, & quosdam,
pro eorum libitu, admittunt ad predi-
cationem hujusmodi habendam in locis suae
Diaecesis. 2. Quorundam
etiam locorum ordinarii quosdam Reli-
giosos Probos viros, & idoneos, etiam
á suis Superioribus approbatos ad con-
C fessiones

eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, senten-

fessiones audiendas admittere nullomodo volunt. Quidam ex eis volunt, non solum singulis annis, sed etiam pluries in Anno in aliquibus partibus eosdem Confessores sibi præsentari. In aliquibus vero oppidis, tam Episcopi, seu Eorum Vicarii, quam Presbyteri Curati nolunt, ut Fratres Mendicantes vocati ad audiendas Confessiones infirmorum, maxime si infirmitas est gravis, aut etiam sanorum, in privatis illorum Domibus, vel alibi, præterquam in suis Ecclesiis, ac Monasteriis possint accedere.

3. Nonnulli etiam audent confessores Monialium, qui pleno jure subsunt Regularibus, examinare, cum tamen id minime per Concilium decernatur, sicut & de Fratribus, qui sunt audituri Confessiones aliorum Fratrum.

4. Quidam etiam in aliquibus partibus nituntur asserere, seu facere, ne quisquam infra annum possit sacram Eucharistiam in Ecclesiis Mendicantium recipere, neq; etiam Moniales, Terciarias nuncupatas suorum Ordinum, ut aliqui asserunt, in aliquibus partibus fieri, cum tamen solum in Paschate, quo ad sæ-
culares

sentenciandi, & definiendi facultate, ac irritum

culares duntaxat, juxta Privilegia summorum Pontificum prædecessorum nostrorum eisdem Ordinibus concessa, id observari debeat. 5. Alii vero Episcopi, seu eorum Vicarii audent ad eorum libitum dare licentiam quibuscunq; quæcunq; Monasteria Monialium, etiam S. Claræ ingrediendi, etiamsi Regularium curæ subdita sunt. 6. Quidam vero sub prætextu exquirendæ voluntatis puellarum, ante professionem earum, volunt eas extrahere á Monasteriis, per longum tempus alibi detinere, ipsasq; puellas seu novitias de plerisq; rebus interrogant, neq; necessariis, neq; in Decreto Concilii Tridentini desuper contentis, ex quibus non modica potest oriri occasio scandali.

7. Alii vero pleriq; noluerunt quosdam Regulares aliarum Diœcesum sacris Ordinibus initiare, ac etiam á suis Ordinis Prælatis approbatos admittere nolunt. 8. Aliqui vero singulis Dominicis diebus in suos Parochianos ad sonum campanæ excommunicationem promulgant, ut non possint interesse missis, concionibus, & divinis officiis, nisi in propria Parochia. Alii vero in a-
liquibus

irritum & inane esse, quidquid secus super

super his à quocunq; quâvis authoritate, scienter

liquibus partibus in eorum Ecclesiis Conciones sacræ scripturæ, & sermones pro mortuis haberi nolunt, & si aliquid ipsis relictum fuerit, ut ab ipsis Missæ dicantur, vel alia Officia pro mortuis celebrentur, ipsi sibi ea usurpant, dicentes quod ipsi ea exequi non possunt, quia ipsi sunt Pastores. Alii vero sub excommunicationis latæ sententiæ, & exilii per decennium a Diœcesi, pœna inhibuerunt, ne Missæ in eorũ Ecclesiis celebrentur in diebus Festivis, anteq̃ Rector Parochialis Ecclesiæ celebraverit. Alii etiam nolunt, ut dum Prædicatio in Ecclesia Cathedrali habetur, alibi prædicetur. 9. Ac insuper inquibusdam omnem Ordinem & quietem perturbant, dum cotroversias jam diu sopitas & extinctas super præcedentia excitarunt, & ubi nullæ erant, pepererunt, dum pro arbitrio & voluntate eorum hoc illis præferre noluerunt. 10. Quidam etiam Episcopi volunt Regulares a cura animarum excludi, & etiam solis præsbyteris sæcularibus committi.

11. Quidam vero quartam funeralium extendere etiam ad missas, legata, & alia quæcunq;, quæ domibus Regu-

larium relinquuntur. 12. Alii autem volunt quartam partem omnium eorum, quæ etiam pro Ornamento Ecclesiæ palliorum planetarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam, quæ pro victu Fratrum relinquuntur.

13. Aliqui item in quibusdam partibus volunt, ut non solũ jus sepulturæ solvi consvetum, quod semper solvitur, neq; denegatur, sed etiã omne illud, quod Ecclesiis Ordinum ad eorum libitum partes dant, quando sepeliuntur ibidem defunctorum corpora, id totum curatis etiam denovo solvatur, instanter conantur, impedientes ne aliter corpora defunctorum ad Monasteria Fratrum deferantur, unde in hoc maxime tam partes, quam ipsos Fratres gravari contingit. 14. Aliqui vero etiam ex locis Mendicantium, qui curam habent animarum, volunt pro seminario decimas exigere, ac in casu pœnitentiæ etiam pignus exigunt. Alii autem præfatos Fratres, ac Moniales sub eorum cura degentes subsidium Regium persolvere cogunt, cum multa earundem Monialium vix habeant pro earum victu & vestitu necessaria vitæ.

ſcienter, vel ignoranter contigerit, attentari

15. Alii etiam in quibuſdam partibus Pauperes Mendicantes eleemoſinas petere prohibent pro eorum duntaxat ſuſtentatione, & ſi invenerint eos panem, vel aliquid aliud ſimile amore Dei ſibi collatum portantes, quandoq; ab eis auferre minantur, afficientes gravi injuria & contumelia. Nonnulli vero Epiſcopi, vel Capitula Canonicorum Pauperes mendicantes, tam Fratres, quam moniales ſuorum ordinum, tam de redditibus bonorum, ſi quæ habent, quam de poſſeſſionibus, vineis, agris & aliis ſuis bonis quibuscunq;, non ſolum largitione Fidelium ſibi conceſſis, ſed etiam alias juſtis de cauſis ab eis acquiſitis, ac pecuniis emptis ſibi decimas ac primitias aliis reſpective ſolvere cogunt. 16. Alii autem auſi ſunt inquirere, & proceſſus facere contra aliquos regulares intra clauſtra delinquentes, vel de quorũ delictis aliqua erat ſuſpicio, non expectata ſuorum Superiorum cenſura. Alii vero Epiſcopi Monialium Monaſteria ingredi, & alia ingrediendi licentias aliis concedere, & adverſus illas proceſſus formare, ipſorum ordinum Superioribus irrequiſitis præſumunt

attentari. Et nihilominus Venerabilib9 Fratri-

præſumunt. Aliqui etiam Dominium temporale ſuper Moniales habere prætendunt. Nonnulli vero frequentiſſime Regulares citant, & juriſdictioni ſuæ ſubjicere tentant, ac eorum Conventum occupant, ipſos expellendo, ac in ipſos juriſdictionem, vel poteſtatem exercent. Aliqui vero ipſos carceribus abſq; cauſæ cognitione mancipant, ac manibus pedibuſq; laborant, ut regulares Mendicantes ſuæ ditioni ſubjiciant, & uſq; adeo ſe intromiſerunt in gubernatione Conventuũ, & in correctionibus Fratrum, ut Provincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut ulla juriſdictio. 17. Aliqui autem, conventuum priores, & Gvardianos, rationes & computa facere cum ſyndicis Conventuum hujuſmodi prohibent.

18. Fratres quoq;, qui ad Epiſcopos hujuſmodi recurſum habent, á Prioribus & Gvardianis præfatis caſtigari & puniri interdicunt. Inhibent quoq; Superioribus Ordinum, ne faciant proceſſus contra Fratres, ac in ipſos imperium, & Brachium ſæculare exercent.

19. Alii vero ipſos extra clauſtra de-

Fratribus nostris Casertano & Asculano Episcopis

gentes sub eorum Protectione recipiunt, Eosq; sic permanere permitunt, eosq; etiam invitis suis Superioribus detinent.

20. Aliqui vero bonorum ipsorum Fratrum, tanquam ad eos, si extra Claustra defuncti fuerint, spectantium Possessionem occupare præsumunt, & ad habitum Religionis reversis sua bona consignare nolunt. 21. Ac etiam Uniones à sede prædicta, aut alias rite factas de beneficiis Ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxare debere volunt, & contradictores excommunicationis gladio feriunt. 22. Alii vero Regulares Campanas diebus festivis pulsare, vel eodem tempore, quo ipsi celebrant, Missas celebrare nolunt. 23. Aliqui etiam pro licentia danda ædificandi quamdam Domum Regularem Triginta vel quadraginta ducatos exigere non erubuerunt. 24. Alii vero eos mortuorum Corpora associare, alii autem illos cum Parocho similia munera subire non permittunt, nisi major Canonicorum Pars intervenerit. 25. Alii vero Mortuorum Officium in regularium Ecclesiis peragi nolunt, nisi cum ipsorum presentia

Episcopis per hæc scripta committimus, & in-

presentia & ipsorum Moniales, vel alias Personas, etiamsi in earum funere Parochus intervenire non deberet, sepelire prohibent, nisi ipsi Parocho prius certum quid solutum fuerit, & si aliquem ipsi sciverint in regularium Ecclesiis sepulturam elegisse, eum, ut dicitur, non ante ad illas deferre sinunt, quam ad Parochi Ecclesiam delatum, inibiq; officium peractum fuerit. 26. Postremo vero Testamenta sine Præsbyterorũ præsentia fieri probibent, & si quid ipsis regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Concilii Tridentini Canones esse, revocare omnino procurant.

27. Ac propterea volentes præmissis, ac aliis similibus excessibus & gravaminibus, ex nostri Pastoralis officii debito providere, attendentes etiam illos, qui onus diei & æstus, tam in prædicationibus, quam in cæteris Spiritualibus muneribus quotidie sustinent, nisi etiam aliquantis persubleventur, facile fore, ut oppressi, à suis officiis omnino desistant, nec inposterum aliquod eis inferatur gravamen, Concilii Tridentini hujusmodi Decreta, quorum falsi, seu minus vera intelli

& invirtute Sanctæ Obedientiæ mandamq
quatenu

intelligentia præmissa irrepserunt, quorum cumq; declaratio non nisi ad nos spectat & modo & forma infra scriptis decla randa censuimus. 1. Nos igitur motu proprio, non ad alicujus instantiam sed de mera deliberatione, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine declaramus Canonem sessionis. 24. Cap: 4. per quem omnibus Regularibus, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, contradicente Episcopo, prædicationis officium interdicitur, Mendicantium Ordinum Fratres hujusmodi, quando á suis Generalibus, vel Eorum Ministris Provincialibus ad id deputati fuerint, non comprehendere, neq; eos afficere posse, imo volumus, quod in suis Ecclesiis, quando Eis placuerit, licite & absq; ullo impedimento, vel cotradictione, etiã Episcopi, nisi ipse prædicaverit, prædicare possint. 2. Quod vero in sessione 23. Cap: 15. circa Confessiones á Regularibus non audiendas statuitur, hoc etiã dictorum Ordinũ Fratres, á præfatis suis Generalib9, vel Ministris Provincialibus ad audiendas Confessiones utriusq; sexus Xti Fidelium approvatos, ut præ

quatenus Eisdem Græcis, tam Presbyteris
Clericis

ut præmittitur, minime comprehendat, ita ut á Confessionibus audiendis, tam intra Eorum Ecclesias, Domos, quam extra, minime prohibeantur, super hoc litteras felicis recordationis Pauli Papæ Quarti, etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem Fratribus Mendicantibus Regularis observantiæ posse Confessiones sæcularium Personarum, etiam infirmarum, etiam extra Domos & Monasteria sua, & ubilibet audire, approbando, & de novo concedendo. Statuimus, etiam quod ille, qui semel in una Diæcesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadẽ Diæcesi habeatur pro admisso, nec amplius examinari, vel præsentari indicta Diæcesi debeat, tam quo ad prædicationes faciendas, quam quo ad Confessiones audiendas, nec aliquid pro prædictis exigi vel recipi debeat. 3. Confessores vero Monialium, quæ degunt sub cura Regularium ab Ordinario examinari nolumus, quemadmodum neq; etiam Fratres, si debeant audire Confessionem aliorum Fratrum, examinari devent. Lectores insuper ex iisdem Fratribus, & in Theologia Graduati, qui cum licentia suorum

suorum Superiorum ad gradum admissi fuerint, cum de ipsorum Doctrina ambigendum non sit, tam Confessiones audire, quam Prædicationis munus subituri, ab Episcopis minime examinentur.

4. Ipsique Xti Fideles Sacramentum Eucharistiæ (Passionis Domininica Festivitate duntaxat excepta) sumere, Eisque illud Fratres hujusmodi administrare valeant, nec ad illud faciendum per locorum Ordinarios aut Ecclesiarum Rectores Præfatos, seu alios quoscunque (illorum licentia minime requisita) etiam sub censuris Ecclesiasticis & aliis pænis a cogi vel compelli possint seu debeant; etiam decernimus & declaramus. Et licet in sessione. 25. Cap 12. Caveatur, quod censuræ & interdicta Ecclesiastica, etiam á locorum Ordinariis promulgata mandante Episcopo á Regularibus in Eorum Ecclesiis publicari debeant, tamen si tempore Celebrationis alicujus ex festis sanctorum Ordinum eorundem, ac aliis Festivitatibus, juxta Eorundem Ordinum Privilegia Apostolica interdictum hujusmodi emanaverit, illud in præfatis festivitatibus & eorum

Octavis

Octavis suspendimus. 5. Cum inhonestum sit, quemlibet in alienam messem falcem inijcere, cumque Monialium Monasteria nonnisi de Episcopi, vel Superiores licentia, & in casibus necessariis, aliquis ingredi præsumat in sessione. 25. Cap: 5. prohibetur. hoc tantum in illis Monasteriis locum habere volumus, quæ Ordinariis ipsis pleno jure subsunt, in quibus pro casibus necessariis, ipsi dare possint licentiam, & non in aliis Monasteriis, ita ut in præfatis Monasteriis, quæ ordinariis ipsis pleno jure non subsunt, ipsi Ordinarii illa ingredi non possunt prout in Regulis Eorum, seu de jure statuitur, & eis aliquos processus, adversus Moniales ipsas, seu Fratres hujusmodi propterea, seu alias ipsorum Ordinum Superioribus requisitis, quoquo modo formare, aut facere posse omnino prohibemus, ita ut aliquam jurisdictionem seu aliquod quodcunque Dominium in Moniales, & Fratres hujusmodi respective habere, exercere, aut exequi nullatenus possint, aut debeant, imo illas, & illos omnes ab eorum Superioritate, Dominio, & jurisdictione, & Potestate eximimus

& libe-

& liberamus, prout eis concessum est per sua Privilegia á sede Præfata obtenta. Et ita præfatæ Moniales, ac Fratres sint exclusi á Superioritate & jurisdictione Ordinariorum respective hujusmodi, ut etiam in illarum vel illorum Syndicis, aut Procuratoribus deputandis, vel in disponendis illorum facultatibus, vel alia sibi non competentia facienda ullatinus non se intromittant. Nec etiam Ordinarii ipsos Regulares Præfatos citare & jurisdictioni suæ subjicere, ac eorum Conventus occupare, ipsos ab Eis expellendo, ac in ipsos jurisdictionem aliquã & potestatẽ exercere, ut præmittitur, aut ipsos carceribus mancipare & contra eos aliquid facere possint, ut suæ ditioni subditi iactur. 6. Volumus etiam, quod Puellarũ Deo dicandarum, an scilicet coactæ ac subditæ fuerint, examen faciendum non nisi infra quindecem Dies, post quam juxta Concilium Tridentinum Episcopi, vel eorum Vicarii requisiti fuerint, fieri possit. Quibus elapsis amplius in hoc se illis intromittere non liceat, eujus occasione nec Episcopus, nec ejus Vicarius intra septa Monasteriorũ ingredia-

ingrediatur, sed stent ante cratam ferream, & interrogationes alias, quam eas quæ Concilium Tridentinum jubet, eis fieri omnino prohibemus, ac similiter volumus quod Puellæ, seu novitiæ ipsæ, ad alias interrogationes respondere minime teneantur. 7. Sessione vero 23. Cap. 8. Neminem, nisi a Proprio Episcopo Ordinari posse statuens, in regularibus locum non habere omnino declaramus, ita quod Fratres hujusmodi præfatos, etiam sacros Ordines á quolibet Antistite, gratiam & Communionem Apostolicæ Sedis habente, Ordinarii Loci minime requisita Licentia, in Locis seu Domibus Fratrum hujusmodi, aut alibi recipere possint. 8. Et insuper sessione 22. Decretum, per quod Populum sæpe ad suas Ecclesias saltem Dominicis & majoribus festivis Diebus convenire debere monet, in sequendo volumus, quod Fratribus Mendicantibus hujusmodi non solum prohiberi non possit, ne Missas & alia officia Divina faciant in Eorum Ecclesiis, Verum etiam in quibuscunq; aliis, ubi celebrari Missas solitum est, etiã ipsis non vocatis seu ad id requisitis celebrare

alios, prænominatos, & quemlibet ipsorũ concessi-

brare valeant: Ac etiam quod Conciones & Lectiones sacræ Scripturæ, & sermones pro mortuis, in Ecclesiis facere, ac Eleemosynas pro celebrandis huiusmodi Missis, & aliis Divinis officiis peragendis, si eis illas donari, seu relinqui contingat, recipere, nec non Missas & Divina Officia huiusmodi, etiam in diebus Dominicis, vel Festivis, etiam antequã Rector Parochialis Ecclesiæ Celebraverit, celebrare & facere, quando eis videtur: Etiamsi tum in Ecclesia Cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiam quibuscunq; utriusq; sexus Xti Fideles totius anni tempore, illas & illa in Ecclesiis Fratrum huiusmodi audire possint. Ipsi Xti Fideles nullatenus desuper molestari aut impedire, per locorum Ordinarios seu Rectores Parochialium Ecclesiarum, aut alios quoscunq; ullo pacto, causa, vel occassione non valeant, seu debeant, sed præfati Xti Fideles audiendo Missas, & alia Divina Officia in Ecclesia Fratrum hujusmodi, Diebg. Dominicis aut festivis Præcepto Ecclesiæ de illis audiendis satisfecisse censeantur. 9. Controversias auiẽ omnes de præcedentia quæ eadem sessione

sione

concessionibus, indultis, gratiis, ac indulgentiis

sione. 25. Cap: vero 13. per Episcopum terminari mandatur, nonnisi durantes per illam dirimi. finitas autem nullo pacto innovari posse statuimq.

10. Cũq; licet C: 11. Ses. 25. Statuat, quod in domibg virorum seu mulierum, quibus animarum Personarum sæcularium cura imminet, nulli, etiam ad nutum amovibiles inibi deputentur, nisi de Ordinarii consensu, ac prævio examine hujusmodi præcedente ad curam hujusmodi admitti posse omnino volumus præfatos Regulares. 11. Quartam autem Funeralium, de qua S. 25. c. 13. neqaqam solvere tenentur Monasteria, quæ á 40. annis circa, fundata existunt, postqm Concil: ipsum loquitur tantum de Monasteriis ante annos 40. fundatis, qæ ipsa Quartam solvere consueverunt, & ubi solvi consuevit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus Partibg deferri contigerit, tempore quo Defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autem de Missis, seu Legatis, vel aliis Fratribus ipsis, seu Monialibg hujusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis, solvi debet, sicq; intelligi

Conc:

dulgentiis nec non statutis Decretis &
Ordi

Conc: Decretum quo ad Quartam huius-
modi solvendam debere decernimus. Ubi
vero non est consvetudo solvendi Quart
hujusmodi, de nullo supra scriptarum
solvi debere declaramus. 12. Nec
4 tā seu aliam partem omnium eorum
quæ etiam pro ornamento Ecclesiæ
Palliorum, Planetarum, Cortinarum
Pannorum, & aliorum. qæ dictis Ec-
clesiis relinqui vel dari contigerit
etiamsi pro victu Fratrum, aut alias relin-
quātur, aliquid contribuere tenĕatur.

13. Ac etiam jus sepulturæ solvi tan-
tum consvetum Curatis, & non aliqui
aliud Eis solvi debeat, quamvis Parti
ad Eorū libitum Ecclesiis Ordinum hujus-
modi, seu Eorum Fratribus, alia qæ-
cunq; tribuant, seu eleemosinas elargi-
antur, quando sepeliuntur ibidem cor-
pora mortuorum hujusmodi, nec præte-
rea impediri debeant, quin possint De-
functorum corpora præfata ad Eorum Ec-
clesias tumulanda deferri, facere.

14. Jnhonestū quoq; esse censentes, Men-
dicantium Ordines ad aliquorum Onerum
contributionem teneri, illos, illorumq;
Loca, etiamsi curam animarum habeant
ac qacunq;

Ordinationibus prædictis pacifice ac per-
petuo

ac qacunq; Beneficia illis unita, ad con-
tributionem pro seminario, aut decimarū
aliqarū solutionem; immo illos, & eorum
domos, Monasteria, beneficia, & Loca
qecunq;, & ab illis quomodolibet depen-
dentia, Eorumq; Possessiones, vineas,
agros, & prata, & alia Bona qæcunq;,
tam ad ipsos, qm ad Moniales præfatas
etiam largitione fidelium, seu alias justis
de causis ab iis acquisita, ac pecuniis
empta, vel alias quomodolibet pertinen-
tia, minime teneri; illosq; & illas à
quibuscunq; decimis, primitiis, quartis,
mediis, & aliis fructum parientibus,
necnon subsidiis caritativis, etiam per
nos concessis, ad quorumcunq;, etiam
Regum, Principum, & Dominorum
temporalium instantiam, quacunq;, etiā
urgentissima de necessitte exprimenda cau-
sa, ac etiam aliis quibusiunq; oneribus,
tam ordīriis, qm extraordīriis, etiam
ratione fructuum, olerum, virgultorum,
lignorum, fenificiorū, & aliarū qarum-
cunq; rerum, tam pro victu, quam ve-
stitu, aut alias sibi necessariarum qo-
modolibet, etiam authoritte Aplca: nunc,
& pro tempore impositis, ita ut penitus

D 2 *& omnino*

petuo frui & gaudere, non permittentes eos

& omnino ad alicujus rei contributionem minime teneantur, omnino eximimus, & liberamus, illosq; & illas ad illos & illas, etiamsi sæculares, & alia personæ quæcunq; in eas exigendi possessione fuerint, minime teneri debere volumus, nec sub Cap: 12. Sess. 25. comprehendi posse, vel debere decernimus.

15. Quod vero de usu quæstarum eleemosinarum auferendo loquitur ses: 21. C. 8. id ad Mendicantium Ordines nullomodo referri posse, vel debere etiam decernimus, quin potius cum aleem sinis hujusmodi vivere cogantur. Eis id facere liberum omnino esse declaramus.

16. Quoniam vero ex nimia Epporum sibi irrogata auctoritate ipsi Personas Regulares suæ jurisdictioni subjicere omnino student; ac Decreto Conc: præfati ses: 25. C. 14. edito cavetur, qodsi regularis intra claustra existens, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalosus sit, termino ab Eppo præsignato, á suo Superiore omnino puniatur, sin minus, ab Ordinario delinquens puniri possit; confisi quod variis indebitisq; gravaminibus Regulares afficiunt, Ordinarios præfatos

eos, & eorum quemlibet in præmissis aliquo

præfatos aliquid contra Rglres in claustris degentes hujusmodi quovis prætextu, occasione, vel causa innovare nõ posse vel debere, nec aliquos processus contra ipsas personas Regulares, formare, aut facere posse, solum, nisi propter manifestũ scandalũ, & suorũ Ordinũ prius Consultis Superioribus, negligentibusq; aliorum, omnia & singula contra præmissa facta & gesta, ac facienda in futurum pro nullis & infectis habeantur. 17. Neq; etiam se intromittant ullo pacto, aut aliqa ratione in gubernationem Conventuum, tam Fratrum, qm Monialium hujusmodi, & illorum correctionibus, sed omnia ista, & alia necessaria ad correctionem & gubernationem Fratrum, aut Monialium hujusmodi, eorum Generalibus, ac Ministris, seu Provincialibus, vel alias eorum, aut earum respective Superioribus, etiam ratione computa faciendi cum Syndicis Conventuum hujusmodi omnino relinquatur, nec ullo modo in prædictis per se, vel alios, se intromittant. 18. Fratres quoq;, si contigerit eos ad hujusmodi Ordinarios recursum habere á præfatis Generalibus,

 Ministris

aliquo quesito colore molestari, impediri aut

Ministris, seu Provicibus, Prioribus Gvardianis, vel aliis Superioribus castigari, & puniri posse & debere, neq ipsos Ordinarios præfatis Superioribus Ordinum hujus ullatenus inhibere. Quinimo præfatos Superiqres processus contra Fratres suos, & Moniales hujusmodi, qndo opus fuerit, circa delictorum inquisitionem, vel castigationem facere posse decernimus, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. 19. Jnhibemus em ipsis Ordnris, ne Fres extra claustra degentes sub suam protectionem recipiant, eosq invitis suis Superiorib9, detineāt.

20. Prohibemus qoq Ejsdem Ordriis, ne aliqndo se intromittant in Bonis dictorum Fratrum extra claustra suorum Monasteriorum pro tempore degentium, seu decedentium; & qmvis in habitu, sive absq habitu moriantur, volumus, quod Eorum Bona mobilia; & immobilia ad Ordinem, quem sunt professi, pertineant disponenda juxta Constitutiones seu Ordinationes præfatorum Ordinum, neq illa Ordrii præfati occupare præsumant, imo hujusmodi & ad habitum Reli-

aut perturbari, Contradictores quoslibet & rebelles

Religionis revertentium Bona oīa Monesteriis ipsis, cum ea, qæ acqirit Monachus, de jure Monasterio acqirantur, pertinere etiam decernimus.

21. Ac ipsis Ordriis, ne qasiunq uniones, etiam perpetuas, á sēde prædicta, vel alias, ut præsertim hactenus factas, & pro tempore faciendas de Beneficiis Ecclis, seu illorum fructibus, qin suū sortiantur effectum, impediant, omnino etiam prohibemus, & censuras Ecclas, & alias pœnas per Eos in cōtradictione pro tempore latas nullius ēe roboris vel momenti similiter decernimus & declaramus. Insuper volumus, qod præfati Reglres, quibus cura āarum ē, possint per se ipsos, juxta suorum Superiorum Ordinem, aut alias Vicarios, seu Capellanos sæculares, ipsorum Reglrium nutu amovibiles ab eis deputatos, & ab Ordriis pro idoneis nominatos & approbatos, præfatam curam exercere. Neq in eorum deputatione, vel amotione, neq alicujus partis fructuum consignatione pro præfatis Capellanis, seu Vicariis sæcularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Eppi nullo pacto se intro-

intromittant. 22. Prohibemq insuper eisdem Ordinis, ac aliis qibuscunq Personis, ne impediant ipsos Fres, qndo Eis placuerit, tam in diebus Dnicis, qm festivis, aut aliis totius anni temporibus campanas pulsare, & etiam tempore, quo ipsi celebraverint, missas celebrare; nec non mortuorum corpora associare, & illa per Fres ipsos, qndo in Ecclesiis suis præfatis delata fuerint, absq præsentia Rectorum Eccliarum hujusmodi sepelire facere, ac officia mortuorum hujusmodi peragi posse, necessariamq præsentiam Rectorum, aut aliorum Clericorum, qin infirmi libere sua possint condere testimonia, minime esse; ac ipsos Regulares legata, prout qivis alias sibi in Testamentis relicta exigere, & obtinere posse, neq aliqod jus in contrarium esse decernimus, & declaramus. 23. Licentias vero pro constituendis domibus Regularibus, qæ 4. Cap. 25. ses: nisi de Ordris licentia construi probibentur, gratis omnino dari, & nonnisi legitima subsistendi causa Superioribus explicanda illas recusari posse. 24. Nec non Fres præfatos etiam

etiam solos mortuorum corpora associare, ac mandatum in die cenæ Dni fieri solitum, in Ecclis, sive domibus Frum cujuslibet Ord: prædictorum solemniter facere, & prædicta die prædicare, hora qa eis videbitur, nec per locorum Ordros, aut Rectores Eccliarum, seu alios quoscunq probiberi posse, etiam decernimus & declaramus. 25. Mandatis etiam universis locorum Ordris, ne mortuorum Officia agere Rectores Parochiarum in Ecclesiis ipsorum Frum contra illorum voluntitem permittant, ac Moniales dictis Fribus subditas, vel personas sepulturam in Eorum Ecclis eligentes nulla soluta Parocho portione sepelire, vel si Fres ad mortuorum corpora associanda vocati fuerint, illa absq Frum hujusmodi præsentia sepeliri facere audeant, vel præsumant. 26. Cumq maxime deceat, liberam esse cujusvis testantis voluntitem, pravum illum usum parvo adhuc tempore, ut præfertur, introductum, per qem Testamenta absq Præsbyterorum præsentia fieri interdicuntur, omnia abrogamus. § 3. Postremo qd C. 13. ses. 25. cautum fuit, qd omnes

aggravãdo, & regravãdo interdictumq;
E..lum. - - - ac al a oportun

omnes, ſcilicet Clerici, qm Regulares
quicunq; ad publicas proceſſiones vocati
accedere compellantur, id quo ad F..
præfatos de illis tantum Proceſſionibus
intelligi volumus, ad aas ſecundum con
ſuetudinem antiqm locorum ſoliti ſunt
accedere, vel qæ pro bono pacis Eccle, vel
pro victoria contra infideles indicuntur;
qd etiam de illis Conventibus, qui Col
legia nuncupantur, minime intelligi vo
lumus, in quibus Fres ſub arctiori clau
ſura degunt, ita ut nec in choro canenti
nec ad mortuos accedant, ſed tantum
ſtudiis & lectionibus vacent. § 4.
Præterea, ſi forte inter Eppos, vel
Collegia, aut Capitula, vel alias qasvis
perſonas & præfatos Fres, ſeu Moni-
ales, aut eorum aliqos, ſuper præmiſ-
ſis, vel aliqo eorum, coram quocunq;
ſeu qibuſcunq; judicibus, etiam cauſarũ
palatij Aplci auditoribus, ac S. R. Eccle
Cardlbus, tam in Rom: Curia, qm
extra eam, ubilibet lis, ſeu lites reſ-
pective pendeant, nos litem, ſeu lites
& cauſam, vel cauſas hujuſmodi ad nos
revocamus, ac illam, & illas, qarũ
ſtatum, ac nomina & cognomina judi-
cum

oportuna juris remedia, appellatione poſt
porſitâ

cum, & collitigantium, præſentibus
haberi volumus pro ſufficienter expreſ-
ſis, caſſamus & extinguimus, ac Par-
tibus ipſis perpetuum ſilentium deſuper
imponimus. § 5. Ac inſuper
ut facilius præmiſſa oia illibata per-
ſiſtant, omnia & ſingula Privilegia
immunitates, indulgentias, facultates,
libertates, indulta, diſpenſationes, fa-
vores & gratias, qæ Decretis Con:
Trid: alias, quam ut Superius eſſet
dictum, conceſſum, declaratumq; non
contrariantur expreſſe Eiſdem Fribus,
nec non Monialibus qibqcunq;, &
ſororibus Tertij Ord: prædictorum
Ord: reſpective, Ordinibus, ac illorum
Ecclis, Domibus, Perſonisq;, etiam
vivô vocis oraculô, in genere vel
in ſpecie, tam per rec: mem: Euge-
nium IV. Sixtum IV. Leonem X.
Paulum III. ac dictum Paulum IV.
& Pium etiam IV. qm alias qoſcunq;
Rom: Pontif: etiam prædeceſſores nros,
ac nos & ſedem eandem qomodolibet con-
ceſſa, confirmata, & innovata, nec non
noſtras, & Prædeceſſorum nrorum, ac
alias qascunq; deſuper confectas literas,
quarum

posita compescendo, invocato etiam ad hoc

qarum oium tenores, ac Eorundem Praedecessorum Nrorum nomina, & alia de necessitte exprimenda, acsi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserta forent, etiam Praesentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, authoritte Aplca tenore Praeseum perpetuo approbamus, & confirmamus, illisq; perpetuo inviolabilis firmittis robur adijcimus, easq; perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere á Fribus, Superioribus, & Personis Ordinum hujusmodi, nec non aliis qibuscunq;, qos illa concernunt, suffragari debere, seu posse volumus. Nec non Privilegia, immunittes, facultties, libertites, indulta, dispensationes, exemptiones, favores & gratias tam Spirituales, qm temporales, modo & forma, qibus concessa sunt, etiam per viam communicationis, & extensionis active & passive inter se, & illos qoscunq; Ordines respective denovo concedimus, illaq; oia & singula ad domos & loca qacunq; dictorum Mendicantium Ord: & Monialium qarūcunq;, ac sororum de Tertio Ordine nuncupatarum

hoc, si opus fuerit, auxiliô brachij saecularis

cupatarum in Congrne viventium dictorū Ordinū ut praefertur hactenus recepta, & in posterum recipienda. Nec non eorum Personas, & Bona etiamsi Privilegiorum, & aliarum gratiarum praefatarum autentica Originalia, propter temporis antiqittem, vel varias urbis ruinas deperdita existant, dummodo de eis legitime constet, extendimus, ac amliamus. § 6. Et sic in praemissis omnibus & singulis, per qoscunq; judices & Personas, qavis authoritte fungentes, etiam Cardinales & adjutores praefatos, sublata eis, & eorum cuilibet qavis aliter judicandi, & interpretandi facultte & authoritte, judicare & definire debere, & si qidqm secus super his, a qoqm, qavis authoritte, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inanē declaramus. § 7. Quocirca Dilectis Filiis Nris, Praedicatorum Cardinali Protectori, & S. Hieronymi Generali Ordinum, ac curae causarum camere Aplcae etiam Generali Auditori, nunc & pro tempore existentibus per Aplca scripta motu simili mandamus, qatenus ipsi, vel duo, vel unus

cularis, non obstantibus præmissis ac quibusvis

anus eorum, per se, vel per alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta qæcunq;, ubi & qando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem Frum, aut Mmialium, vel alicujus eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant authoritte Nra præsentes, & in Eis contenta firmiter observari, ac singulos, qos literæ ipsæ concernunt, pace frui, & gaudere non permittentes, eos, vel aliqem eorum desuper contra præsentium tenorem per quoscunq;, etiam locorum Ordrios, qumodolibet indebite molestari contradictores qoslibes, & rebelles, per censuras & pænas Ecclast aliaq; oportuna juris remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisq; super bis habendis servatis processibq; censuras & pænas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, & interdictum Ecclcum apponendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. § 8. Non obstantibus præmissis, & aliis Aplcis, nec non in Provlbus & Synodalibus Conciliis edictis gene-

buibusvis Apostolicis, Provincialibus, & Syno-

ctis generalibus, vel specialibus concessionibus & Ordnbus Aplcis, voto ac etiã juramento, confirmitne Aplca, vel qavis alia roboratione, statutis, & consvetudinibus, Privilegiis qoq;, indultis & literis Aplcis eisdem Eppis, vel qonis aliis Personis sub qibuscunq; tenoribus & formis, ac cum qibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusq;, & aliis Decretis, in genere, vel in specie, etiam motu simili, ac alias qomodolibet concessis approbatis & innovatis, qibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu qavis alia expressio habenda, aut alia aliqa exquisita forma aa hoc servanda foret, tenores hujusmodi, acsi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter

& Synodalibus Conciliis editis generalibus

---

specialiter & expresse derogamus ; nec non oibus illis , qæ in literis confirmationis & innovationis Privilegiorum eorundem , alias per eosdem : Paulum IV & Pium etiam IV. prædecessores nros prædictos Ordini , Frum Minorum hujusmodi concessorum concessum est ; non obstare contrariis qibuscunq , aut s locorũ Ordris , vel qibusvis cõmuniter vel divisim ab Aplca sit sede indultum , quod interdici , suspendi , vel excommunicari non possint , per literas Aplcas non facientes plenam & expressam , ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem . Et qia difficile foret Earundem Præsentium Litterarum notitiam ad qascunq personas pervenire , & ubiq illas præsentare , etiam motu & scientia similibus , volumus & decernimus , qd transumptis horuudem præsentium Litterarum , etiam per impressionem factis , manu alicujus Notarii publici subscriptis , & sigillo alicujus Personæ in dignitte Ecclca constitutæ sigillatis , qemadum adhiberetur Præsentibus litteris Originalibus , si præsentarentur , ubiq adhibeatur , tam in judicio

alibus Constitutionibg , & Ordinationibus Apostolicis , ac Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una , & Concilii Generalis de duobus dictis , ne quis extra suam Diœcesim ad judiciũ trahatur , ac statutis & Consvetudinibus etiam ex fundatione , & juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , Privilegiis quoq , & Jndultis , nec non omnibus illis , de quibus

---

judicio , quam extra illud plena & indubitata fides . § 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã Nræ Declarationis , Prohibitionis , Exemptionis , liberationis , inhibitionis , advocationis , cassaonis , extinctionis , impositionis , approbaonis , confirmaonis , adjectionis , concessionis , extensionis , Ampliãonis , volitionis & Derogaonis infringere , vel Ei ausu temerario contraire . Si quis am hoc attentare præsumpserit , indignaonem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum Ejus se noverit incursurum . Dat Romæ apud S. Petrum Anno Jncarnaonis Dnicæ . 1567. 17. Kal: Jun : Pontifi: Nri. Anno 2 do .

quibus eorum totis tenoribus specialis, specifica, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia exquisita forma servanda foret. Quibus, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus; Cæterisque in contrarium facientibus quibuscunque, aut si dictis Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Prælatis, & Dominis temporalibus, & quibusvis aliis Personis communiter vel divisim ab Apostolica sede sit indultum, quod interdici, suspendi, vel examinari non possint, per Literas Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem; & quoniam difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca deferri, volumus, & simili motu mandamus, quatenus transumptis præsentium alicujus publici notari confectis, ac sigillô alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides in judicio & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ vel ostensæ. Datt Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris. Die XVIII. Maij 1521. Pontificatûs nostri Annô IX.

 *Evangelista.*

PARS I.

Breve Pij II. Super Separatione Russiæ Superioris a Russia inferiori unita.

PIUS PAPA II.

Pius &c. dilecto Gregorio Electo Kijoviensi Lithvaniæ, & totius Russiæ inferioris salutem. Decens reputamus & congruum, ut provisiones Ecclesiarum præcipue Cathedralium, quæ de certa scientia Romani Pontificis jus cesserunt, licet ejus superveniente obitu Literæ Apostolicæ confectæ non fuerint, super illis Apostolicæ sedis interveniente præsidio plenum sortiantur effectum. Dudum felicis recordationis Calixtus Papa III. prædecessor noster provida consideratione attendens, quod iniquitatis & proditionis filius, Jonas de Asciscenia Monachus S. Basilii M. Schismaticus, ad dignitates & honores Ecclesiasticos ambitiose aspirans, spiritu rebellionis assumpto se pro Archy-Episcopo Ruthenensi ausu sacrilego regere & nominare: ac Venerabili Fratre Nostro Isidoro Episcopo Sabinensi, & ex dispensatione Apostolica Archi-Episcopo Ruthenensi, a sede sua Ruthenensi,

A ejecto

ejecto, in Archi-Episcopatum prædictum non vacantem temeritate propria se dessecit, intrudere, & Archi-Episcopatum prædictum Ruthenum, in animæ suæ periculum, ac sedis Apostolicæ vilipendium indebite detinere præsumpserat. Idem Prædecessor volens, quantũ sibi ex alto permissum fuerat, animarum periculis & tantæ præsumptioni congruis, quibus poterat, remediis obviare, de Venerabilium Fratrum suorum, de quorum numero tunc eramus, consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, ac Ejusdem Isidori Archi-Episcopi expresso consensu, Provinciam Ruthenensem Superiorem duntaxat, illam videlicet, quæ per Schismaticum, ac inferiorem, quæ per Catholicũ, scilicet Charissimum in Christo Filium Nostrum Casimirum Poloniæ Illustrem Regem gubernatur, in duas partes authoritate Apostolica divisit, nec non eadem Ruthenorum Ecclesia quo ad reliqua sub regimine & gubernatione Ejusdem Isidori Archi-Episcopi, qui etiam partem regiminis & administrationis suæ Ecclesiæ ante dictæ ad effectum infra scriptum sponte cessit, remanente, in parte inferiori Ruthenensi Kijovien: Ecclesiam cum Lithvaniæ & totius Russiæ inferioris partibus, illis duntaxat, in quibus secundum ritum Græcorum

rum, sub obedientia ArchiEpiscopi Ruthenensis degentium vivitur, & quæ sub dominio præfati Regis Poloniæ existunt, In Metropolitanam cum insigniis & privilegiis & honoribus Ecclesiæ Metropolitanæ de jure vel consvetudine laudabili competentibus eadem authoritate erexit, eamq; cum inferioribus partibus ante dictis per proprium Archi-Episcopum regendam & gubernandam fore, de Ipsorum Fratrum consilio statuit, decrevit, ac etiam ordinavit, ibiq; Brestensem, smolenscensem, Polocensem, Turoviensem, Luceoriensem, Vlodimiriensem, Premisliensem, Chełmensem & Haliciensem Ecclesias, quas ab eadem Ruthenensi Ecclesia, authoritate præfata ex certa scientia dismembravit, separavit, atq; divisit, in suffraganeas assignavit; ac Jonam prædictum, & quemlibet alium ipsius successorem ejusdemq; Ecclesiæ & partium prædictarum detentorem sententialiter amovit, ac ad promotionem ipsius Ecclesiæ Kijovien: celerem & felicem, de qua nullus preter ipsum Prædecessorem ea vice se intromittere poterat, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, Paternis & sollicitis studiis intendens, post deliberationem, quam de præficienda ejdem Ecclesiæ Kijoviensi Persona utili ac etiam fructuosa cum

ijsdem fratribus habuit, diligentem, demum ad te Abbatem Monasterii S. Demetrii Constantinopolitanū dicti Ordinis S. Basilii in Presbyteratus Ordine constitutum, de cujus Religionis zelo, literarum scientia, vitæ munditia, honestate morum, spiritualium providentia, & temporaliū circūspectione, aliisq; multiplicum virtutum donis, apud eum fide digna testimonia per exhibita exstiterunt, direxit oculos suæ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua sibi, & ejusdem fratribus ob dictorum tuorum exigentiam meritorum accepta, ejdem Kijoviensi Ecclesiæ & partibus inferioribus antedictis de fratrum eorundem consilio, videlicet duodecimo Kalendas Augusti, Pontificatus sui Anno quarto authoritate Apostolica providit, teq; illi præfecit in Archiepiscopum & pastorem, curam & administrationem ipsius Ecclesiæ Kijoviensis, & partium prædictarum tibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo. Cum itaq; postmodū idem Predecessor literis Apostolicis super provisione hujusmodi non confectis, sicut Domino placuit, rebus fuerit humanis exemptus, nos Divina favente clementia ad Apicem summi Apostolatus assumpti, volentes quod a Prædecessore prædicto actum exstitit, plenum sorciatur effectum

effectum, ac sperantes, quod Kijoviensis dicta Lithvaniæ & Russiæ inferioris Ecclesia una cum suffraganeis prædictis, sub tuo felici Regimine, gratia tibi assistente Divina, regetur utiliter, & prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus recipiet incrementa, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus jugum Domini tuis impositū humeris, prompta devotione suscipiens, curam & administrationem prædictas sic exercere studeas sollicite feliciter & prudenter, quod ipsa Kijoviensis Ecclesia gubernatori provido, & fructuoso administratori gaudeat se commissam; Tuq; præter æternæ retributionis præmium, nostram & dictæ sedis benedictionem & gratiam exinde uberius consequi merearis. Datt Romæ Apud S. Petrum &c: Anno 1458. 3tio Nonas Septembris.

Pontificatus nostri Anno primo. Gratis de mandato D N PP. Ia Bouio C. Fidelis.

Breve Clementis VIII. ad Archi-Episcopos & Episcopos Nationis Ruthenæ.

CLEMENS PAPA VIII.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Benedictus

dictus sit Pastor ille bonus, & princeps pastorum, qui animam suam posuit pro ovibus suis, qui venit, ut eas dispersas adduceret, & congregaret, ut omnes unum sint, sicut Ipse, & Pater unum sunt. Benedictus sit ipse, qui dives est in misericordia, & secundum divitias bonitatis suæ fecit vobiscum, & replevit nos gaudio spirituali, propter conversionem vestram; ad hanc vestram Matrem carissimã, Sanctam Romanam Ecclesiam, quæ est Magistra, & Mater omnium Ecclesiarum, quæ materno affectu, jam pridem hoc expetebat, & assidue precabatur a Patre luminum, qui dat Spiritum bonum, & Sapientiam his, qui invocant eum in veritate. Deus enim ipse, cælesti sua luce, corda vestra illustravit, ut veterum errorum tenebris disjectis, agnosceretis, quia unus est Deus, & una fides, & una Ecclesia Catholica, & Apostolica, supra unum Petrum, Apostolorum Principem fundata, cui Christus ipse, qui portat omnia verbo virtutis suæ, immobilis petræ firmitatem dedit, cui oves suas & agnos credidit, jussitq; ei, ut ipse confirmaret fratres suos, Episcopos: qui in partem sollicitudinis vocantur, & veluti caput, omnia membra regeret; unum est enim visibile caput Ecclesiæ Catholicæ, unus in terris Vicarius

rius, æterni Sacerdotis, & Episcopi animarum nostrarum JESU Christi, summus Romanus Pontifex, Beatissimi Petri Apostoli successor, cui qui non adhæret, longe a via salutis aberrat, & qui cum eo non colligit, dispergit. Recte igitur Fratres & pie, ac prudenter Spiritu Sancto auctore, statuistis venire ad montem Domini, & ad Domum Dei Jacob, ut doceret vos vias suas, & ambularetis in semitis ejus. Misistis enim ad nos Oratores vestros, pios & religiosos homines, & Dei Zelo præditos, Venerabiles Fratres, Hypatium Vlodimiriensem, & Brestensem, & Cyrillum, Luceoriensem & Ostrogiensem, Episcopos, qui Literas vestras Nobis reddiderunt, quibus significatis, cupere vos vehementer, Corpori Christi, quod est Ecclesia Catholica, adglutinari, & ad nostram, & Romanæ Ecclesiæ communionem, admitti, quemadmodum olim Majores vestri, in Sacra generali Synodo Florentina admissi sunt. Ac propterea, vos jisdem Episcopis, & procuratoribus vestris, mandata dedisse, ut vestro & eorum proprio, totiusq; cleri, & populi nationis vestræ nomine, huic Sanctæ Sedi & humilitati nostræ, uti summo Pastori Ecclesiæ Christi, debitam obedientiam deferrent. Nos igitur, qui pro nostro pastorali offi-

cio, nihil aliud quærimus, quam animas Christo lucrari, & fidem Catholicam propagare, eosdem vestros Coepiscopos, tanquam Nuntios pacis, omni cum humanitate excepimus, idq; tanto impensius, quod carissimus Filius noster Sigismundus Poloniæ & Sueciæ Rex, de vestra salutari deliberatione, ad nos scripserat, totumq; hoc conversionis Vestræ, & membrorum ad caput conglutinationis pium negotium accurate commendaverat, quod nonnulli item Venerabiles Fratres nostri, Poloni Episcopi fecerunt; quare petitionibus, & oblationibus vestris consideratis, quas iidem Episcopi, & Procuratores Vestri detulerunt, & omnibus, gravi & prudenti consultatione examinatis, & deliberatis, tandem ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, ad Sanctæ Ecclesiæ exaltationem, & fidei Catholicæ incrementum, statuimus, vos & clerum, populumq; vestrum intra Ecclesiæ Catholicæ gremium recipere, & ad nostram, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ unionem admittere, quod ut ritu magis solemni fieret, certo præstituto die, qui fuit tertius & vigesimus proximi mensis Decembris, Sacro quatuor anni temporum jejunio, & vigilia Natalis Domini insignis, Venerabiles Fratres nostros, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, eorumq; sacrum & amplissimum Collegium convocavimus, quibus nobiscum considentibus, multis etiam præsentibus Prælatis, & viris honoratis Aulæ Romanæ, duos Episcopos, & Oratores vestros introduci, vestrasq; Literas & Decretum de Unitate cum Romana Ecclesia petenda, & obedientia Nobis, uti Capiti, & summo Ecclesiæ Pastori præbenda, clara voce legi jussimus, primum Rutheno vestro sermone, deinde Latino, mox iidem Episcopi duo, Catholicæ fidei professionem, de scripto fecerunt, tam suo, quam Vestro nomine, omnesq; hæreses, & Schismata, & errores detestati sunt, & eos præsertim, qui vos hactenus á Sancta Romana Catholica Ecclesia seperarunt, & disjunxerunt, & nobis, qui licet indigni, & meritis impares, Deo tamen ita disponente, Beati Petri locum, & auctoritatem tenemus, Successoribus nostris, & Sanctæ huić Apostolicæ Sedi perpetuam obedientiam præstiterunt, quam nos, una cum iisdem Fratribus nostris Cardinalibus, accepimus & duos Episcopos Oratores vestros, & te Frater Archiepiscope, & Vos omnes Episcopos corpore quidem absentes, sed spiritu præsentes, uti Fratres, & membra nostra una cum clero, & populo vestro, complexi sumus caritate sincera

cera, in visceribus intimis JESU Christi tanto nostro cum gaudio, & omnium qui aderant, quantum ne cogitatione quidem facile quemquam æstimare, nedum verbis exprimere satis licet. Ergo in æternum benedicta sit Sancta, & individua Trinitas, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Fratres vero nostros, Hypatium & Cyrillum Episcopos, Prælatos nostros domesticos, & Assistentes fecimus, qui sæpius nobiscum interfuerunt, ad Sacrum & tremendum Sacrificium, & solemnes divinorum officiorum functiones, & præcipue in Basilica religiosissima, ad venerandum corpus Principis Apostolorum, ut veræ unionis, & communicationis in Christo, manifesta signa exhiberent. Eosdem autem cum opus fuit, benigne ad nos privatim etiam admisimus; & dum hic fuerunt, omni cum humanitate tractari jussimus, & discedentes, omni erga Vos, & illos, benevolentiæ significatione prosecuti sumus. Quæ enim expetere visi sunt, libenter, quantum cum Domino licuit, concessimus. Ritus enim, & cæremonias vestras, quæ fidei Catholicæ integritatem & mutuam nostram conjunctionẽ, nequaquam impediunt, eadem ratione & modo, quo a Concilio Florentino permissum est, & nos quoq; Vos retinere permisimus

simus. Sigismundo Regi, Filio nostro carissimo, vos & Ecclesias vestras, earumq; Bona, efficaciter commendavimus, atq; ab eo petivimus, ut non solum Vos & vestra, sua ope & auctoritate tueatur, sed etiam ut Vos ornet, & amplificet, & Senatoribus Regni adscribat, quamdiu in Ecclesiæ Romanæ obedientia, & fidei Catholicæ integritate permanseritis, quod Deo auxiliante perpetuum fore speramus. Quo de negotio, scripsimus etiam diligenter ad complures Regni Senatores Ecclesiasticos, & sæculares. Denique quantum cum Domino potuimus, operam dedimus, ut viscera nostra paterna Vobis ostenderemus, quod multo copiosius referre Vobis poterunt Episcopi ipsi Oratores, & Collegæ Vestri, qui visitatis de more, Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, liminibus, & cæteris almæ hujus Urbis, Basilicis. & Sanctorum Martyrum Reliquias pro cultu venerati, ad Vos cum nostra benedictione revertuntur, quorum Zelum & prudentiam, & in agendo sedulitatem, in Domino commendavimus. Reliquum nunc est, ut Vos, quæ Romæ acta sunt, a Procuratoribus vestris eadem animi alacritate & sincere relata habeatis & confirmetis. Cujus rei causa volumus, ut tu Frater Archiepiscope, nostra etiam auctoritate suffultus

fultus, Synodum provincialem indicas, & Episcopos tuos convoces, ut firmiter profiteamini, in publico Conventu, fidem Catholicam, ex eadem formula integre quemadmodum Episcopi duo Oratores vestri hic professi sunt. Hæc enim fidei professio, quam Sancta Romana Ecclesia docet, fides est Petri, & Apostolorum fides est Patrum, & Orthodoxorum quam nisi quisquam fideliter, firmiter crediderit, salvus esse non poterit, cum eodem modo nobis, & huic Sanctæ Apostolicæ Sedi, veram obedientiam sponderitis; Et de his omnibus, quæ a vobis in Synodo acta erunt, literas ad nos dabitis, rite conscriptas, & publica auctoritate communitas, ut ad perfectæ conversionis Vestræ, & ad Ecclesiam Catholicam Romanam aggregationis & unionis testificationem, & ad memoriam posteritatis perpetuam, in nostris Archiviis, & Tabulariis conserventur. Scripsimus autem, & ad Latinos Episcopos, Fratres nostros Archiepiscopum Leopolis, & ad Episcopos Luceoriensem & Chelmensem, ut in eadem Synodo vestra interesse velint, ut hæc inter fratres unio tanto profundiores caritatis radices agat, & tanto firmius in Domino coalescat. Agite igitur Fratres, confitemini Deo Cæli, & coram omnibus viventibus

viventibus, date gloriam Nomini Ejus, qui fecit mirabilia magna solus, qui Vos in viam pacis, & salutis direxit, & Vos nobiscum conjunxit, & statuit supra petrā pedes vestros, ut non essetis veluti parvuli fluctuantes omni vento doctrinæ, sed ut viri perfecti, in plenitudinem Christi, stabiles essetis in fide, & nobiscum una ambularetis in Domo Dei, cum consensu. Conservate hanc mentem, Fratres, conservate pacem & caritatem, quæ est vinculū perfectionis, conservate Sanctam humilitatem, quæ diaboli machinas prosternit, & Domino summopere placet, qui dixit: Discite á me, quia mitis sum, & humilis corde. Pascite gregem vestrum, verbo & exemplo, & docete eum viam bonam & obedientiam, erga Apostolicam Sedem & Romanam Ecclesiam, ut cum eo ad gaudia æterna perveniatis. Postremo, orate pro nobis, ut gravissimum hoc Pastoralis officij onus in hac temporum acerbitate, ipso adjuvante, qui dat omnem sufficientiam, & infirma corroborat, ad ejus gloriam fortiter sustineamus. Gratia DEI sit vobiscum Fratres, quibus nostram Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, die VII.

Februarii

Februarij M. D. XCV. pontificatus nostri Anno Quarto.

Silvius Antonianus.

Bulla CLEMENTIS VIII. Concedens potestatem Metropolitis totius Russiæ electos seu Nominatos suffraganeos Episcopos confirmandi, instituendi, & Consecrandi Literasq; confirmationis & Consecrationis in sua Curia pro ijsdem expediendi.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Decet Romanum Pontificem, eos, qui pravis Schismatum erroribus relictis, ad S. Matris Ecclesiæ unitatem redierunt, specialibus favoribus prosequi, ut illi in ejusdem Ecclesiæ fide & obedientia, eo constantius perseverent, quo cumulatiorib9 beneficiis, se affectos esse, perspexerint. Cum itaq; Venerabiles Fratres, Hypatius Protothronius Vlodimiriensis, & Breslensis, ac Cyrilus Exarcha Luceoriensis & Ostrogiensis, Episcopi: Nationis Ruthenæ seu Russiæ, suo & Venerabilium Fratrum, Michaelis Archiepiscopi Metropolitæ Kijovien: & Halicen: & totius Russiæ, Gregorij Archiepis: Nominati, electi in Episco-

Episcoporum Polocen: & Vitepscen: Michaelis Eppi: Premislien: & Samborien: Gedeonis Leopolien: Dionysij Eppi: Chelmen: & Belzecen: Leontij Eppi: Pinscen: & Turovien: postea defuncti, etiam Jonæ Archimandritæ Kobrynen: Ecclesiæ S. Salvatoris, deinde Electi in Episcopum pinscen: & Turovien: loco dicti Leontij Eppi: defuncti nomine, qui antea cum Romana Ecclesia non communicabant, sed proprij sermonis & idiomatis usu retento, Græco ritu vivebant, ad nos & ad Sedem Apostolicam nuper accesserint, ac tam privato amborum, quam prædictorum Michaelis Eppi. & aliorum Episcoporum communi & procuratorio nomine, se & illos, in ejusdem Ecclesiæ gremium recipi, & tanquam membra suo capiti, uniri supplicaverint, ac omnes suos, & ipsorum errores, hæreses, & schismata damnaverint, & detestati fuerint; fideiq; Orthodoxæ professionem, juxta formam Græcis ab hac Sancta Sede præscriptam, integre & ad verbũ fecerint, & emiserint, nobisq; & Apostolicæ Sedi debitam obedientiam, & subjectionem præstiterint, & perpetuo præstare promiserint; Nosque more pij Patris ipsos, universumque eorum clerum, & Populum, Ruthenæ seu Russæ nationis in ejusdem Ecclesiæ gremium recepimus, & tanquam

& tanquam membra in Christo Unitati Ec-
clesiæ restituerimus, & incorporaverimus.
Ac præterea ad nostram erga ipsos charita-
tem ostendendam magis, omnes Sacros
Ritus & ceremonias, quibus idem Archie-
piscopus, seu Metropolita, Episcopi, &
Clerus prædicti juxta SS. Patrum Græ-
corum instituta in Divinis, ac Sacrosancto
Missæ Sacrificio, & Sacramentorum ad-
ministratione, aliisque sacris functionibus
utuntur, dummodo veritati & fidei Catho-
licæ non adversentur, ac communionem
cum Romana Ecclesia non excludant, ex
Apostolica benignitate, eadem permiseri-
mus, concesserimus & indulserimus, alia-
que fecerimus, quæ in nostris sub plumbo
confectis Litteris, Dat. 10. Cal: Jan: præ-
sentis anni plenius continentur. Cupientes
nunc eosdem, ulterioribus gratiis prose-
qui, cum Provincia Russiæ, seu Ruthena
longo intervallo a Romana Curia distet,
& propterea Episcopis, qui pro tempore
eliguntur, valde incommodum futurum
sit, ad Apostolicam Sedem pro suæ Ele-
ctionis Confirmatione accedere, seu etiam
alios, qui eorum nomine, hujusmodi
confirmationem petant, & ad eandem Sed.
transmittere, eorum in hac parte commo-
dis, & indemnitati, quantum cum Domino
possumus consulere volentes, motu proprio
& ex

& ex certa scientia nostra, ac de Sedis
Apostolicæ potestatis plenitudine, hac
nostra perpetuo valitura constitutione
statuimus, & ordinamus, ut quandocunque
post hac, aliquas ex prædictis eorum
Cathedralibus Ecclesiis, seu Sedibus Epi-
scopalibus, Vlodimirien. etiam invicem
Pinscen. & Turovien. pariter invicem Pre-
myslien. & Samborien. similiter invicem
Chelmen: & Belzen: & invicem Leopolien:
& Camenecen: invicem perpetuo, vel aliis
unitis seu annexis, Pastoris solatio desti-
tutas, seu vacantes, juxta morem eorum,
seu modum illis permissum, Electus, seu
nominatus fuerit, a prædicto Archiepi-
scopo Metropolita Kijoviensi, & Hali-
ciensi, nunc, & pro tempore existenti,
auctoritate & nomine Sedis Apostolicæ,
confirmari, vel institui, eique munus Con-
secrationis impendi possit, & debeat,
ac ut, si Electus, seu nominatus, & con-
firmatus, vel institutus ab eodem Archie-
piscopo, Metropolita, vel de ejus licentia
ab alio Catholico Antistite, ejusdem na-
tionis, gratiam & communionem Sedis
Apostolicæ, habente duobus vel tribus Epi-
scopis Catholicis, ac similem communio-
nem habentibus, assistentibus, munus con-
secrationis hujusmodi suscipere, idemque
Antistes illi dictum munus, impendere

valeat, super quo ipsi tam in Episcopo pro tempore electo, seu nominato, & confirmato, quã Archiepiscopo Metropolitano pro tempore existenti, plenã, amplã & liberam potestatem per præsentes concedimus, & indulgemus. Verũ cum Sedes Archiepiscopales, seu Metropolitanas Ecclesias Kijovienses & Halicienses prædictas, similiter invicẽ perpetuo, vel alias unitas, sive annexas per obitũ, vel alias quovis modo quandocunq; tam forsan in Romana Curia quã extra eã, ubilibet, Pastoris solatio destitui, seu vacare contigerit, volumus, & pari modo, & auctoritate perpetuo statuimus, & ordinamus, ut is, qui in Archiepiscopũ seu Metropolitam, juxta eorum morem, seu modum illis permissum, pro tempore similiter electus, seu nominatus fuerit, electionis, seu nominationis suæ, confirmationem, & institutionem, seu provisionem, nec non muneris consecrationis licentiam, a Nobis, & a Romano Pontifice, pro tempore existente petere & obtinere omnino teneatur, & debeat. Volumusq; & similiter perpetuo statuimus, ut litteræ confirmationis, seu institutionis, & provisionis hujusmodi, & licentiæ prædictæ, in eadem Curia, officiales, ad quos spectat, per viam secretam, gratis expediantur, decernentes sic, & non aliter, quoscunq; judices & Commissarios, quacunq; auctoritate, & dignitate fungentes, sublata eis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoq; & inane, si secus super his a quoq;, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari, non obstantibus quibuscunq; Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, & Sinodalibus Concilijs, editis Generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem præsentium exemplis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitáte Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud, ubiq; locorum habeatur, quæ haberetur ijsdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, vivorum statutorum, ordinationis, concessionis, indulti, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo

gentesimo nonagesimo quinto, Septimo Kalend: Martij, Pontificatus nostri, Anno quinto.

L. Cardinalis Prodatarius,
M. Vestrius Barbianus.

Breve Clementis VII. ad Eppum Vlodimirien: concedens eidem usum Sakosii.

Clemens Episcopus Servus Servorũ Dei, Venerabili Fratri Hypatio Protothronio Metropoliæ Kijoviensis Episcopo Vlodimiriensi & Brestensi, Nationis Ruthenæ seu Russiæ, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Romanus Pontifex, eos specialibus favoribus libenter prosequi consuevit, quorum merita & Virtutes suis, ac Sedis Apostolicæ beneficiis dignos esse animadvertit; Cum igitur Tu, nec non Vblis Frater Cyrillus Exarcha Metropoliæ Kijoviensis, Episcopus Luceoriensis, & Ostrogiensis Nationis Ruthenæ seu Russiæ, Vestrum & aliorum Venerbliũ Fratrũ Michaelis Archi-Episcopi Metropolitæ Kijoviensis & Halicensis, ac Totius Russiæ, nec non Gregorij Archi-Episcopi Nominati Electi in Episcopum Polocensem & Vitepscensem, Michaelis Episcopi Premysliensis & Samboriensis, Gedeonis Eppi Leopoliensis, Dionysij Eppi Chelmensis & Belzensis, Leontij Eppi Pinscensis & Turoviensis

viensis, postea defuncti, Jonæ Archimandritæ Kobrynensis Ecclesiæ S. Salvatoris, nunc electi in Episcopum Pinscen: & Turovien: loco dicti Leontij Episcopi defuncti Nomine, qui Omnes antea cum Romana Ecclesia in Unione non communicabatis, sed proprij sermonis & idiomatis usu retento, Græco ritu vivebatis, ad nos & ad sedem Apostolicam nuper accesseritis, ac tam privato amborum, quam prædictorum Archiepiscopi seu Metropolitæ, & aliorũ Coepiscoporũ cõmuni, & procuratorio nomine, Vos & illos in Romanæ Ecclesiæ gremium recipi, ac tanquam membra suo Capiti uniri supplicaveritis, universosq; Vestros, & illorum errores hæreses & Schismata damnaveritis, & detestati fueritis, Fideiq; orthodoxæ Professionem juxta formam Græcis ab hac Sancta sede præscriptã integre & ad verbum feceritis & emiseritis, Nobisq; & Apostolicæ Sedi debitam obedientiam & subiectionem præstiteritis & perpetuo præstare promiseritis; Nos more pij Patris Vos, & ipsos, Universumq; eorum Clerum & Populum Ruthenæ seu Russæ Nationis prædictæ in Ejusdem Ecclesiæ gremium recepimus, & tanquã membra in Christo Unitæ Ecclesiæ restituerimus, & incorporaverimus, volentes nunc, ut par est, insignem aliquam Pa-

 ternæ

ternæ Nostræ erga Fraternitatē Tuam Voluntatis significationem, ob eam rem pie ac diligenter, pro virili tua parte præstitam exhibere, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, eidem Fraternitati Tuæ ac Tuis successoribus Vladimiriensi & Bresteniensi Episcopis in Unione & obedientia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ perseverantibus, ut post hac perpetuo futuris temporibus in Vestibus illis Sacris, quas Sakkos appellatis, Dalmaticarum aut tunicarum instar, quibus Vobis Frater Archi-Episcopus seu Metropolita, ex speciali indulto uti solet, & quibus eidem Archi-Episcopo, seu Metropolitæ, vel alicui Vestræ Nationis Eppo, sine simili indulto uti non licet, dum Sacrosanctum Missæ sacrificium, vel alia Divina Officia Pontificali more Tu, vel ipsi successores Tui celebrabitis, celebrare liciti valeatis, facultatem & licentiam, Apostolica Authoritate, tenore præsentium, ex specialis dono gratiæ concedimus, & & indulgemus. Ut vero ejus rei aliquod monumentū existat in eadē tua Ecclesia, & post hac perpetuo conservetur. Nos eas Vestes, auro & serico similiter ornatas confici jussimus, illasq; cum nonnullis Altaris ornamentis, nec non cum stola tum majore tum minore, quam Patrachilos & Omoforia, appellatis, ac cum alijs vestibus inferioribus, quibus prò Albis utimur, ex serica Cerulei Coloris confectis, floribusq; aureis, & argenteis decoratis, simili motu, & authoritate Apostolica, tenore præsentium donamus, & elargimur, decernentes sic & non aliter per quoscunq; Judices & Commissarios, quacunq; authoritate & Dignitate fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & Authoritate judicari & definiri debere. Irritum quoq; & inane, si secus super eo quocunque modo præsumpserint attentare, non obstantibus quibuscunq; Constitutionibus &c: Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo nonagesimo sto. Quarto Idus Martij. Pontificatus Nostri Anno Quinto (L. S.) L. Cardinalis Prodatarius N. Vestrius Barbianus.

Facultates Concessæ, à Clemente octavo, & Concedi Solitæ, Singulis elapsis Septenniis, Archiepiscopis Metropolitanis, totius Russiæ, ejusque Archidiœcesi.

1. Conferendi Ordines extra tempora, & non servatis Interstitiis, usq; ad Presbyteratum inclusive, si Sacerdotum necessitas ibi fuerit.

2. Dispensadi, in quibiscunq; irregularitatibus

taribus, exceptis illis, quæ vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt.

3. Dispensandi super defectu unius anni, ob Operariorum penuriam, ut promoveri possint ad Sacerdotium, si alias idonei fuerint.

4. Dispensandi & commutandi Vota Simplicia, etiam Castitatis, ex rationabili causa, in alia pia opera, non tamen Religionis.

5. Dispensandi in quacunque Simonia, & in reali, dimissis beneficiis, & super fructibus male perceptis, injuncta pœnitentia salutari, vel eleemosyna arbitrio dispensantis.

6. Dispensandi in tertio & quarto gradu consanguinitatis, & affinitatis simplici & mixto tantum. Et in 2. 3. & 4. mixtis, non tamen in 2. solo, quo ad futura. Quo vero ad præterita, etiam in 2. solo, dummodo nullo modo attingat primum gradũ, cum iis, qui ab hæresi, vel infidelitate convertuntur ad fidem Catholicam, & in prædictis casibus, prolem suceptam declarandi legitimam.

7. Dispensandi super impedimento publicæ honestatis, Justitiæ, ex sponsalibus proveniente.

8. Dispensandi super impedimento criminis, nullo tamen conjugum machinante, ac restituendi jus, petendi debitum amissum.

9. Dispensandi, in impedimento Cognationis Spiritualis, præterquam inter levantem & lavatum.

10. Hæ vero matrimoniales dispensationes, ult. 6. 7. 8. 9. non concedantur, nisi cum clausula: dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestate raptoris non existat, & in dispensatione tenor hujusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis, ad quod fuerint concessæ.

11. Dispensandi cum Gentilibus, & infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem, & baptismum, quam illi maluerint, si etiam ipsa fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti.

12. Consecrandi Olea cum Sacerdotibus, qui Poterunt haberi, dummodo ad minus sint quinque, non tamen extra diẽ Cœnæ Domini.

13. Delegandi Simplicibus Sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta, & alia ad Sacrificium Missæ necessaria, ubi non intervenit Sacra Unctio, & reconciliandi Ecclesias pollutas, aquâ ab Episcopo benedicta, & in casu necessitatis, etiam aquâ non benedicta ab Episcopo.

14. Largiendi ter in anno Indulgentiam Plenariam

Plenariam, contritis & confessis, ac Sacra communione refectis.

15. Absolvendi ab hæresi, & Apostasia a fide, & a Schismate, quoscunque etiam Ecclesiasticos, tam sæculares, quam Regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, ubi Sacrum officium exercetur, nisi in locis missionum, in quibus impune grassantur hæreses, deliquerint, nec illos, qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint, ubi impune grassantur hæreses, & post judicialem abjurationem, illuc reversi, in hæresim fuerint relapsi, & hos in foro conscientiæ tantum.

16. Absolvendi, ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis.

17. Concedendi Indulgentiam Plenariam primo conversis ab hæresi, atque etiam fidelibus quibuscunque, in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non poterunt.

18. Concedendi Indulgentiam plenariam, in oratione quadraginta horarum, ter in anno indicenda diebus ei bene visis, contritis, & confessis, ac Sacra communione refectis: Si tamen ex concursu populi, & expositione SS Sacramenti, nulla sit probabilis suspicio Sacrilegii, ab hæreticis, & infidelibus, aut Magistratum offensum iri.

19. Lu-

19. Lucrandi sibi easdem Indulgentias:

20. Singulis secundis feriis, non impeditis officio 9 Lectionum, vel eis impeditis, die immediate sequenti celebrando Missam de Requie, in quocunque Altari etiam portatili, liberandi animam secundū ejus intentionem, a Purgatorij pænis, per modum suffragii.

21. Tenendi, & legendi, non tamen aliis concedendi libros hæreticorum, vel infidelium, de eorum Religione tractantium, ad officium eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos, præter opera Caroli Molinei, Nicolai Machiavelli, ac libros de Astrologia judiciaria, principaliter, vel incidenter, vel alias quomodolibet de ea tractantes, ita tamen, ut libri ex illis Provinciis non efferantur.

21. Praficiendi, Parochiis Regulares, eisque suos deputandi vicarios, in defectu sæcularium, de consensu tamen suorum superiorum.

23. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen, ut post primam Missā, non sumpserit ablutionem, per unam horā ante auroram, & aliam post meridiem sub dio, & sub terra in loco tamen decenti, etiamsi Altare sit fractum, vel sine Reliquiis Sanctorum, & præsentibus hæreticis, schismaticis, Infidelibus, & excommuni-

cati-

catis, & aliter celebrari non possit. Caveat vero, ne prædicta facultate, seu dispensatione, celebrandi bis in die, aliter quam ex gravissimis causis, & rarissime utatur; in quo graviter ipsius conscientia oneratur. Quodsi hanc eandem facultatem alteri Sacerdoti, juxta potestatem inferius apponendam, communicare, aut causas ea utendi alicui, qui a Sancta Sede has facultates obtinuerit, approbare visum fuerit, serio ipsius conscientiæ injungitur, ut paucis duntaxat, iisque maturioris prudentiæ, ac zeli, & qui absolute necessarii sunt, nec pro quolibet, sed ubi gravis necessitas tulerit, & ad breve tempus, eandem communicet, aut respective causas approbet.

24. Referendi SS. Sacramentum occulto ad infirmos, sine lumine, illudque sine eodem retinendi, pro iisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab hæreticis, aut infidelibus non sit periculum Sacrilegii.

25. Induendi vestibus secularibus, si aliter vel transire ad loca ejus curæ commissa, vel in eis permanere non poterit.

26. Recitandi Rosariū, vel alias preces, si Breviarium secum deferre non poterit, vel Divinum officium, ob aliquod legitimū impedimentum, recitare non valeat.

27. Dispensandi, quando expedire videbitur super usu carnium, ovorum, & lacticiniorum, tempore jejuniorum, & præsertim Quadragesimæ.

28. Prædictas Facultates communicandi, non tamen illas, quæ requirunt ordinem Episcopalem, vel non sine Sacrorum oleorum usu exercentur, Sacerdotibus idoneis, qui in ejus Diœcesi laborabunt, & præsertim tempore sui obitus, ut Sede vacante sit, qui possit supplere; donec Sedes Apostolica certior facta, quod quāprimum fieri debebit, per Delegatos, vel per unum ex eis, alio modo provideat, quibus Delegatis, auctoritate Apostolica, facultas conceditur, Sede vacante, in casu necessitatis, consecrandi Calices, patenas, & Altaria portatilia, Sacris oleis ab Episcopo tamen benedictis.

29. Hæ prædictæ Facultates gratis, & sine ulla mercede exerceantur, & ad annos septem tantum concessæ intelligantur, ita tamen, ut iis, nullo modo uti possit, extra fines suæ Diæcesis.

Breve

Breve Pauli V. concedens erectionē Scholarum in partibus Russiæ & earundem Scholaribus indulgentias concessas sodalibus Clericorum Regularium S. I.

PAULUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

Pijs & devotis, Venerabilis Fratris Archiepiscopi Kijoviensi & Halicien: suplicationibus, Nobis desuper humiliter porrectis, inclinati, eidem Josepho Archiepiscopo, ac personis ab eo deputandis, ut in locis decentibus, & oportunis in partibus Russiæ Scholas, quascunque ad juventutem in bonis artibus, ac Doctrina Catholica erudiendam, sine temen alicujus præjudicio, construere, erigere, & instituere, ac earundem Scholarum curam, & regimen, personis pijs, & eruditis sibi benevisis, committere, & demandare libere, & licite possit, & valeat, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium facultatem concedimus, & impertimur. Insuper, ut earundem Scholarum Scholares studijs alacrius insistant, Scholis per dictum Josephum Archiepiscopum, seu ab eo deputandum, vigore præsentium erigendis, & instituendis, illarumque Scholaribus pro tempore existentibus, omnes & singulas Indulgentias, (a) & gratias speciales; atiam per modum extensionis, & communicationis, vel alias quomodolibet

(a) *Indulgentiæ plenariæ a sede Aplica concessæ sodalibo Congr: B: V: M: in Collegiis S. I. erigi solitæ, excerptæ ex Bullis Romanorum Pontificū Gregorii XIII & Sixti V.*

JANNUARIUS.

1. *Festo Circumcisionis Xti Domini.*
6. *Festo Epiphaniæ Domini.*
16. *Festo S. Marcelli.*
18. *Festo S. Antonii Abbatis.*
19. *Festo S. Priscæ V. M.*
20. *Festo S. Fabiani & Sebastiani.*
21. *Festo S: Agnetis V: M.*
25. *Festo Conversionis S: Pauli.*
Festo SS. Nominis JESU.

FEBRUARIUS.

2. *Festo Purificationis B. V: Mariæ.*
22. *Festo Cathedræ S. Petri.*
24. *Festo S. Mathiæ Apostoli.*
Præterea Dominica Mensis & Stationes.

MARTIUS.

2. *Festo S. Thomæ Aquinatis.*
12. *Festo S. Gregorii Papæ.*
19. *Festo S. Josephi.*
24. *In Vigilia Annuntiationis B. V. M.*
25. *Festo Annuntiationis B. V. Mariæ.*
Præterea Dominica Mensis & stationes.

bet Scholaribus in sodalitate Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesiis Clericorum Regularium Societatis Jesu instituta descriptis concessas concedimus, & com-

Aprilis *Vacat. Præter Dominicam Menstruam & Stationes :*

MAJUS.

1. *Festo SS. Jacobi & Philippi .*
3. *Festo Inventionis Sæ Crucis .*
6. *Festo S. Joannis ante Portam Lat:*
8. *Festo Apparitionis S. Michaelis*

Preterea Festo ascensionis Xti Domini & quavis Dominica hujus Mensis .

JUNIUS.

24. *Festo S. Joannis Baptistæ .*
29. *Festo SS. Petri & Pauli .*
30. *In Comm: S: Pauli .*

Præterea quavis Dominica hujus Mensis

JULIUS.

1. *In Vigilia Visitationis B. V. Mariæ .*
2. *Festo Visitationis B. V. Mariæ.*
9. *Die Octava Visitationis B. V. M.*
14. *Festo S. Bonaventuræ .*
17. *Festo S. Alexii .*
22. *Festo S. Magdalenæ .*
25. *Festo S. Iacobi .*
26. *Festo S. Annæ .*

Preterea Dominica Menstura .

& communicamus , ac ad illas , & illos auctoritate , & tenore præsentis extendimus

AUGUSTUS.

2. *Festo S. Petri ad vincula .*
3. *Die inventionis S. Stephani .*
4. *Festo S: Dominici :*
5. *S. Mariæ ad Nives .*
8. *S. Cyriaci &c: M. M.*
10. *S. Laurentii .*
12. *Festo S. Claræ V.*
14. & 15. *Festo Assumptionis B. V. M.*

Dominica intra octavam assumptionis B. V. M.

22. *In octava Assumptionis B. V. M.*
24. *Festo S. Bartholomæi .*
28. *Festo S. Augustini .*
29. *In Decollatione S. Ioannis Bap:*

Præterea Dominica Menstrua .

SEPTEMBER.

7. *In Vigilia Nativitatis B. V. M.*
8. *Festo Nativitatis B. V. M.*
14. *Festo Exaltationis Sæ Crucis .*
21. *Festo S. Mathei Apostoli .*
29. *Festo S. Michaelis Archangeli .*

Præterea Dominica Menstrua .

OCTOBER.

4. *Festo S. Francisci Seraphici .*
18. *Festo S: Lucæ Evangelistæ .*

mus. Non obstantibus quantum opus sit nostra de non concedendis Indulgentijs ad instan: alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarij

28. *Festo SS. Simonis & Iudæ.*
Præterea Dominica Menstrua.

NOVEMBER.

1. *Festo SS. Omnium.*
2. *Die Fidelium Defunctorum.*
8. *Die octava SS: Omnium.*
9. *Die Dedicationis Basilicæ Salvatoris.*
18. *Die Dedicationis S. Petri Cathedra.*
21. *Festo Præsentationis B. V. M.*
22. *Festo S: Ceciliæ V: M.*
23. *Festo S. Clementis.*
30. *Festo S: Andreæ Apostoli.*
Præterea Dominica Menstrua.

DECEMBER.

6. *Festo S: Nicolai.*
7. *Festo S. Ambrosii & Vigil: sequent.*
8 *Festo Conceptionis B. V. M.*
24. *In Vigilia Nativitatis Xti Domini.*
25 *Festo Nativitatis Christi.*
26. *Festo S Stephani.*
27. *Festo S. Ioannis Apostoli.*
28. *Festo SS. Innocentium.*
Præterea Dominica Menstrua.

Liberatio animæ ex Purgatorio concessa Sodalibus; Dominica trigesima. Feria

contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris Die tertia Decembris MDCXV. Pontificatus Nostri Anno 11

S. Cobellutius

3tia post Dominicam imam quadragesimæ. Sabatho post Dominicam Passionis. Feria 4ta post Pascha. Feria 3tia, & Sabatho post Pentecosten. Die festo S. Ioannis Evangelistæ.

Ut Sodales omnes & Singulas Indulgentias plenarias consequantur, tres conditiones implere debent: 1ma. ut conscientiam habeant liberam a peccato mortali. 2da Ut Ecclesiam aut capellam O S B M. si fuerit ibi, ubi morantur, alioqui aliā Ecclesiam seu capellam visitent. 3tia. Ut in eade ecclesia seu capella recitent devota Septem: Pater noster &c. Septē: Ave Mariæ &c. ad intentionem solitam.

Breve Pauli V. de non mutando Ritu.

PAULUS V. PAPA.

Ad perpetuam rei memoriam.

Solet circumspecta Romani Pontificis providentia, si quæ aliquando super literis ab Apostolica Sede emanatis dubia oriantur, suæ declarationis oraculo tollere, & alias providere, prout temporum & personarum qualitatibus debite pensatis conspicit in Domino salubriter expedire. Alias siquidem felicis recordationis Clemens Papa VIII. prædecessor noster bonæ memoriæ Michaël Archiepiscopum, & Metropolitam Kijoviensem & Haliciensem ac totius Russiæ, & cum eo plerosq; ejus Comprovinciales Episcopos, & alios tunc expressos, una cum omni eorum Clero, & populo nationis Ruthenæ seu Russæ, qui cum Romana Ecclesia non cōmunicabantur, - - - intra gremium Ecclesiæ Catholicæ & unitatem S. R. E. uti membra sua in Christo sub certis modis & forma recepit, univit, adjunxit, annexuit & incorporavit, prout in dicti Clementis Prædecessoris nostri sub plumbo, sub data Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ M. DXCV. decima kalendas Januarii, Pontificatus sui Anno quarto, expeditis literis

literis plenius continetur; cum autem sicut Venerabilis Fratris Josephi Archiepiscopi moderni Kijoviensis & Haliciensis nomine, nuper expositum nobis fuit, non desint, qui veritatis ignari, aut ab aliis in errorem inducti sibi persvadeant Romanam Ecclesiam per unionem præmissam eorum Ritus & ceremonias in Divinis officiis & Sacramentorum administratione tollere & extinguere voluisse, unde scandalum multorum provenire dignoscitur; ea propter nos ex Pastoralis officii debito inimico homini, bono semini superseminandi zizania occasionem auferre, & errorem hujusmodi ex mentibus hominum evellere, ac scandalis occurrere volentes, nec non literarum præfatarū tenorem præsentibꝰ pro expresso habentes, supplicationibꝰ dicti Josephi Archiepiscopi nomine, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnes Sacros Ritus & ceremonias, quibus Episcopi Rutheni & Clerus juxta Sanctorum Patrum Græcorum instituta in Divinis officiis, & Sacrosanctæ Missæ sacrificio, cæterorumq; Sacramentorum administratione, aliisq; sacris functionibus utuntur, dummodo veritati & doctrinæ Fidei Catholicæ non adversentur & communionem cum Romana Ecclesia non excludant, per unionem præmissam tollere, aut extinguere Ecclesiæ Romanæ intentio-

nem

nem, mentem, & voluntatem non fuisse, nec esse, neque id dici, aut censeri potuisse, nec posse, quinimo dictos Ritus B. sdem Rutenis Episcopis & Clero, ex Apostolic benignitate permissos, concessos, & in dultos esse, sicut ex literis prædictis, & Concilio Florentino apparet, & ex institut Collegii Græcorum Urbis nostræ, in qu Alumni de ritibus hujusmodi servandis sicut accepimus, juramentum præstant tenore præsentium declaramus & decerni mus, non obstantibus consvetudinibus & ordinationibus Apostolicis cæterisq; contra riis quibuscunq; · Datum Romæ apud S Mariam Majorem sub Annulo Piscator Die decima Decembris MDCXV· Pontifi catus nostri Anno undecimo ·

S· Cobelluci

Breve Pauli V: declarans Prom Ruthenos ad Cathedrales Ecclesias con crationem libere & licite suscipere pos in assistentia Episcoporum Latinorũ & e converso Latinos in assistentiam Episcopo rum Ruthenorum :

PAULUS PP V.

Ad perpetuam, rei memoriam·

In supremo Apostolatus solio, Divina dispositione, meritis licet imparibus præsidentes, ad ea libenter intendimus, per

per quæ Ecclesiarum, Præsulum, præsertim in partibus remotis agentium, commoditati & conscientiæ securitati, opportune consulitur · Sane venerabilis Fratris Josephi Archiepiscopi Kijovien: & Halicienfis, Totius nationis Ruthenæ ac Russiæ Metropolitæ nomine, Nobis nuper expositum fuit, quia nonnulli, de quorum personis Cathedralibus Ecclesiis, in partibus Russiæ, hactenus provisum fuit, licet juxta ritum græcum, post unionem ejusdem Nationis, cum Ecclesia Romana, ab Apostolica Sede permissum vivant, tamen ob magnam Ecclesiarum hujusmodi distantiam, munus consecrationis, in defectu Episcoporum ejusdem ritus Latini, gratiam tamen, & communionem Apostolicæ Sedis habentibus, & alias canonice, susceperunt · Cum autem sicut eadem expostulatio subjungebat, id inconsulta Sede Apostolica fieri posse quidam dubitent· Nobis propterea dictus Josephus Archiepiscopus humiliter suplicari fecit, ut desuper providere, de benignitate Apostolica dignaremur · Nos igitur pro nostri Pastoralis officii debito, omnem circa præmissa dubitandi causam tollere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus

claramus, promotis ad Cathedrales Ecclesias, in dictis partibus existentibus, & ritu Græco a Sede Apostolica permisso, in unione prædicta viventibus, consecrationis munus, assistentibus duobus, vel tribus Episcopis ritus Latini, gratiam tamen & communionem Sedis Apostolicæ habentibus, & econtra promotis ad Cathedrales Ecclesias, ibidem existentes, qui ritu Latino vivunt, assistentibus duobus vel tribus Episcopis ritus græci, in unione tamen prædicta viventibus, ac gratiam & communionem ejusdem Sedis habentibus, munus Consecrationis impendi, & ab illis suscipi, dummodo alias canonice impendatur, libere & licite posse. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq; Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die X. Decembris M. D. CXV. Pontificatus nostri Anno undecimo. *S: Cobellutius*

AB eodem PAULO V. Indulgentia plenaria perpetuo conceditur, Monachis Ordinis S. Basilij M. nationis Ruthenæ, Festo D. Patriarchæ BASILII, quolibet Anno incidente; ac iisdem Monachis, in cujuslibet eorum mortis Articulo, pariter omnium peccatorum Indulgentia, & Remissio conceditur. Sub Datum Romæ, die XVI. Decembris. M. D. C. X. V. Pontificatus Anno XI.

S: Cobellutius.

Breve Pauli V. declarans Clerum tam regularem, quam sæcularem, itemq; Populum nationis Ruthenæ, communionem S: Sedis apostolicæ habentem, participare de omnibus gratiis & indulgentijs, quæ in gratiam Christi fidelium a S: Sede aplica conceduntur.

PAULUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam: Alias fel: rec: Clemens Papa V. Prædecessor noster, bonæ Mem. Michaelem Archi-Episcopum & Metropolitam Kijovien: & Halicien: ac totius Russiæ, & cum eo plerosq; ejus Comprovinciales Episcopos, & alios tunc expressos, una cum omni eorum Clero, & Populo Nationis Ruthenæ seu Russiæ, quæ cum Rom: Ecclesia non communicabat, - - - intra gremium Ecclesiæ Catholicæ & unitatem S: R: E: ut membra sua in Christo

sto

sto sub certis modo & forma excepit, univit, adjunxit, adnexuit, incorporavit, prout in dicti Clementis prædecessoris sub plumbo desuper expeditis plenius continetur. Cum autem ad augendam Religionem, & Christi fidelium animarum salutem Indulgentiæ, & peccatorum remissiones, ac pænitentiarum relaxationes a Sede Apostolica dictis Christi fidelibus certa pia opera facientibus hactenus concessæ fuerint, & in dies concedi soleant, & ab aliquibus, ut accepimus, revocetur in dubium, an Clerus & Populus Nationis Ruthenæ, seu Russæ intra gremium Catholicæ Ecclesiæ, ut præmittitur, recepti, Monachi quoque O. S. Basilij Magni Ritus Græci a Sede prædicta permissi gratiam & communionem dictæ Sedis habentes Indulgentiarum hujusmodi participes esse possint: Nos pro nostro Pastoralis Officij debito omnem circa præmissa dubitandi causam tollere volentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus: Clerum, & Populum Nationis Ruthenæ seu Russæ intra gremium Catholicæ Ecclesiæ, & unitatem S. R. Ecclesiæ, ut præmittitur, receptos, unitos, adjunctos, adnexos, & incorporatos, nec non etiam dictos Monachos Ritus Græci a Sede tamen prædicta permissos

permissos

permissos gratiam & Communionem ejusdem Sedis habentes, uti veræ ejusdem Catholicæ Ecclesiæ membra, Indulgentiarum ac peccatorum remissionem quarumcunque, etiam Plenariarum & in forma jubilei, ac pænitentiarum relaxationum, sicuti sunt cæteri Christi fideles tam sæculares, quam regulares, si ea quæ pro illis consequendis præscribuntur, adimpleverint, vere participes esse, quibuscunque, quæ in contrarium facere videntur, nequaquam obstantibus. Datum Romæ apud S. Petrum Die 28. Xbris 1616. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Breve Urbani VIII. Concedens gratias & indulgentias Monachis O.S.B.M. Congregationis SSmæ: Trinitas in Russia, quas Paulus V. Concesserat Monachis & Regularibus Latinis.

URBANUS PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

In supremo Apostolatus solio, meritis licet imparibus, divina dispositione præsidentes, Religiosos viros, qui spretis hujus sæculi vanitatibus, divini Numinis obsequiis sese manciparunt, pastorali benignitate complectimur, prout conspi-

K *

conſpicimus in Domino expedire. Hinc eſt, quod Nos volentes dilectos filios, Monachos Ruthenos, Ordinis S. Baſilii M. Congregationis Sanctiſſimæ Trinitatis Vilnenſis nuncupatæ, unitati S. Romanæ Eccleſiæ incorporatos, favore proſequi gratiæ ſpecialis; De Venerabilium fratrum noſtrorum, ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, negotio propagandæ fidei Præfectorum, conſilio, Monachos prædictos ſub literis Felic: record: Pauli Papæ V. Predeceſſoris noſtri, ſuper conceſſione Indulgentiarum & gratiarum Monachis & Regularibus, factam, ſub die XXIII. Maj M.D.C.VI in ſimili forma Brevis, expeditis, quas tenore præſentium pro expreſſis haberi volumus, comprehendi, (a) ac proinde eoſdem

(a) PAULUS PP. V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in B. Petri ſede conſtitutus, cui inter alia, cæleſtis Indulgentiarum theſaurus diſpenſandi cura incumbit, ſollicite proſpicere debet, ac ſolerter, ut hujuſmodi Indulgentiarum diſpenſatio, & uſus, ad Dei Gloriam & animarum ſalutem præcipue dirigatur,

eoſdem Monachos prædictis Indulgentiis, & gratiis, uti & potiri poſſe, eaſq; illis, ſine

& ne ex illarum multiplicitate confuſio, aut inanis interpretatio exoriatur. Proinde cum fel. recor. Clemens PP. VIII. Prædeceſſor noſter magna diligentia, & ſollicitudine procuraverit, abuſus & corruptelas tum in communicando Indulgentiarum theſauros, tum in modo illos recipiendi irreptos tollere, & propterea ſua quadam Conſtitutione formam aggregandi, inſtituendi, & rectè adminiſtrandi ſocietates, & Confraternitates præſcripſerit, licet morte præventus hanc piam ejus voluntatem ad finalem executionem deducere, neque etiam ut cogitaverat, circa Indulgentias à pleriſq; Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus, Religionibus, & Ordinibus Monaſticis, & Mendicantibus diverſis temporibus conceſſas aliquid deliberare potuerit; Nos, qui nullis noſtris meritis, ſed ſola Dei benignitate ad ſummi Apoſtolatûs apicem vocati ſumus, ſuſceptum a tanto Pontifice pium hoc opus ad optimum finem perducere cupientes, ubi primum Catholicæ Eccleſiæ regimen ſuſcepimus, Ven. Fratribus Noſtris S.R.E. Cardinalibus ad hoc opus a dicto Clemente Prædeceſſore depu-

fine ulla dubitatione suffragari, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & decla-

tatis, de quorum numero tempore ipsius Clementis Prædecessoris eramus, injunximus, ut in illo opere ad ulteriora progrederentur, & Indulgentias Regularibus concessas recognoscerent, iisq; recognitis rem nobiscum communicarent. Cum igitur præfati Cardinales privilegia, concessiones, & gratias prædictis Religionibus, & Ordinibus concessas diligenter inspexerint, & examinaverint, ac eorumdem Ordinum Superiores, & officiales pluries audiverint, ac circa easdem Indulgentias varia dubia, & incertitudines, & confusiones adesse compererint, & ex judicio eorumdem etiam Regularium, vel aliquorum ex illis nobis proposuerint, valde expedire pro eorum majori securitate, & beneficio, ut Indulgentias ipsis Religionibus, & Ordinibus adinstar, vel per communicationē, aut alio modo hactenus concessas annullaremus, & revocaremus, ac alias particulares illis concederemus. Nos maturâ super hoc consultatione præhabita, cupientes Personis Regularibg quibuscumque quorumvis Ordinum tam Monasticorum, quam mendicantium spirituale solatiū, & juvamen

& declaramus. Non obstantibus, quatenus opus

afferre, infrascriptas Indulgentias, & gratias, quas Personis Regularibus intra claustra, aut extra, cum licentia tamen suorum Superiorū legitima de causa illis concessa degentibg, tātummodo suffragari debere declaramus, concedendas duximg. Omnibus igitur Christi fidelibus, qui canonice, & juxta Ordines cujuslibet Religionis, & Constitutiones Apostolicas habitum Regularem a legitimis Superioribus causa profitendi in illo susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam Religionem, si verè pænitentes, & confessi SSmū Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam; ac cuilibet Novitio, qui pænitens, & confessus, ac sacra communione refectus, post completum probationis Annum professionem emiserit, etiam plenariam; Nec non cuilibet Religioso intra claustra sui Monasterii viventi, qui in Festo principali sui Ordinis confessus, & sacra communione refectus fuerit, aut Missam recitans pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderit, etiam Plenariam, In cujuslibet vero mortis articulo, si pariter

opus sit Nostra, de non concedendis In-
dulgentiis

vere pœnitens, & confessus, ac Sacra communione refectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltem contritus nomen IESU ore, si potuerit, sin autem corde devoto invocaverit, etiam plenariã. Qui vero ad Presbyratûs Ordinem canonice promotus, & confessus primam Missam celebrabit, nec non etiam iis Religiosis, qui pariter confessi, ac sacra Communione refecti eidem Missæ interfuerint, aut ipsa die Missam celebrabunt, etiam Plenariam; Iis vero, qui de suorum Superiorum licentia a negotiis per decem dies alieni, in cella commorabuntur, ac ab aliorum conversatione separati in piorum librorum, & aliarum rerum spiritualium, animos ad devotionem, & spiritum inducentium, lectionibus operam suam dederint, addendo sæpe considerationes, & Meditationes Mysteriorũ Fidei Catholicæ, Divinorum Beneficiorum, quatuor novissimorũ, Passionis Dni Nostri IESU Christi, & aliorum exercitiorum, orationũ jaculatoriarũ, aut vocalium saltem per duas horas in die, & nocte orationibus mentalibus se se exercendo, faciendo eodem tempore Confessionem Generalem, aut annualem, vel ordinariam

dulgentiis, Ad instar, cæterisq; contrariis
qui-

SSmũ Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, aut Missam celebraverint, toties pro quolibet prædictorum Exercitiorum plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Dno concedimus. Præterea iidẽ Religiosi intra claustra viventes, qui suam Ecclesiam devote visitaverint, & ut præfertur, oraverint, consequantur easdẽ Indulgentias, quas visitantes Ecclesias Urbis, & extra eam, diebus stationum consequuntur in omnibus diebus, perinde ac si ipsas Urbis Ecclesias personaliter visitarent. Omnibus item Religiosis intra claustra, ut supra, viventibus, qui quinquies Orationẽ Dominicã, & toties salutationẽ Angelicã ante Altare eorũ Ecclesiæ in quolibet die oraverint, quinque Annos, & totidẽ Quadrigenas; si vero, qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes, aut extra claustra degentes, tanquam Prædicatores, & Lectores, quinquies eandẽ Orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam, ante quodlibet Altare similitur dixerint, etiam quinque annos, & totidem Quadragenas; Nec non etiam eisdem Religiosis, qui per Mensem integrum singulis diebus spatio

quibuscunq;, Datum Romæ, apud Sanctam Mariam

mediæ horæ Orationem mentalem fecerint, ac confessi, & sacra Communione ultima Dominica Mensis hujusmodi refecti fuerint sexaginta Annos, & totidem Quadragenas; Qui vero contrito corde, & pænitentes eorum culpas, ac imperfectiones in Capitulis culparum accusabunt, & spiritualiter communicabunt, & exercitium virtutum facient, tres annos, & totidē Quadragenas. Quotiescunque autem de licentia Summi Pontificis, aut suorum Superiorum in Ditiones, & Terras Infidelium, aut Hæreticorum ad concionandum, aut Catholicos docendum, vel Infideles, & Hæreticos ipsos ad Fidem Catholicam convertendum, & Ecclesiæ gremio reducendum missi fuerint, si pænitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti fuerint, vel Missam celebraverint, ut melius ad hujus modi opus se se parare valeant, pro duabus vicibus, videlicet quando itineri se accingent, & quando in provinciā, ubi prædicta opera eis exercenda erunt, ingressi fuerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino pariter concedimus, & elargimur. Et insuper, cum Superior in visitationibus Generalibus

Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die

Orationes quadraginta horarum pro bono visitationis progressu collocare voluerit, iis Religiosis, qui dictis orationibus saltem spatio duarum horarum in diverso tempore interfuerint, & ibi pro Chrystianorum Principum concordia, Hæresum extirpatione, Romani Pontificis salute, ac Sæ Matris Ecclesiæ exaltatione, nec non disciplinæ, & observantiæ Regularis augmento pias ad Deū preces, ut supra dictum est, effuderint, si confessi, & sacra Communione refecti fuerint, aut Missam celebraverint, Plenariam similiter omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem, ut præfertur concedimus. Volumus autem, ut omnes supradictæ Indulgentiæ, & gratiæ Religiosis Regularibus, cujusvis Ordinis tám Monastici, quam Mendicantis, dumtaxat, ut præfertur, concessæ, etiā omnibꝰ Monialibus cujusvis Regulæ approbatæ, & intra claustra cum tribus votis solemnibꝰ viventibus, & perpetuam clausuram servantibus, tam Ordinariis locorum, quam etiam Regularibus cujuscumq; Ordinis, Regulæ, & Instituti, subiectis suffragentur, præsentibus perpetuis, futuris temporibus duraturis. Cæterum

die XXXI· Augusti · M· D· C· XXIIII pontif-

omnes & Singulas Indulgentias, quibuscumq; Ordinibus, & Institutis Regularibus hujusmodi, etiam Mendicantibus & quibuslibet Personis Regularibus, tam vigore Privilegiorum, & literarum Aplicarũ, quarum vivæ vocis oraculo aut alio quovis modo per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros ac Nos, & Aplicam sedem hactenus concessas, confirmatas, approbatas, & innovatas, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo revocamus, cassamus, annullamus, & abrogamus, & ad præsentium nostrarũ Literarũ præscriptum reducimq, & moderamq. Non obstantibus quibusvisConstitutionibus, & ordinationibq Aplicis, ac eorumdẽ Ordinum, & Institutorũ Regulariũ, etiam juramento confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Aplicis, etiam Mare magnum, & Bulla aurea nuncupatis, eisdẽ ordinibq & Institutis, eorumq; Monasteriis, Conventibus, Collegiis, Domibus, Superioribus, & Personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibq

Pontificatûs Nostri, Anno secundo.

V. Theatinus.

& singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq;, totis tenoribus specialis, specifica, expressa ac de verbo ad verbũ, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, tenores bujusmodi Præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse dorogamus, cæterisq; contrariis quibuscumque. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides habeatur ubique, quæ præsentibus ipsis originalibus Literis haberetur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annullo piscatoris die 23. Maji 1606. Pontificatus Nostri Anno secundo.

M. Vestrius Barbianus.

Decretum S. Congregationis de propaganda Fide habitæ die 1. Junii 1626. in Palatio coram Sanctissimo de non probibendis Latinis facere confessiones coram

coram Sacerdotibus Ruthenis, a suis Ordinariis approbatis, & econtra.

Referente Eminentissimo Cardinali Barberino decretum fuit: non debere Latinos Episcopos prohibere Subditis suis, ne Confessiones faciant coram Sacerdotibus Ruthenis Unitis ab Ordinariis locorum adprobatis, & econtra Episcopos Ruthenos Unitos Subditos suos simili prohibitione ligare, ne Confessarios Latinos approbatos ad expianda peccata adeant; (b) Nam Rutheni Uniti sunt vere Catholici, & ubi Ritus diversitas non repugnat, diffidia, discordias, inter Eos excitare, introducere, aut nutrire inconveniens & damnosum est.

(b) Decretum Sanctæ Congregationis de Propaganda Fide habitæ Die 28. 7bris Coram Sanctissimo.

Referente Eminentissimo Domino Cardinali Pamphilio diversa Decreta Congregationum particularium Ruthenorum Unitorum, Sanctitas sua probavit Decretum Ejusdem Congregationis particularis Die 14. Augusti proximi præteriti, quo decernitur Episcopos Ruthenos Unitos esse Episcopos, & ut tales nominari & haberi debere: Probavit Ejusdem Congregationis Decretum, quo decernitur Episcopos Ruthenos Unitos posse in suis Episcopatibus erigere Scholas pro instruenda in Literis humanis & Scientiis Eorum Juventute, & Ruthenos Ecclesiasticos gaudere Privilegiis Canonis, Fori, Immunitatis, & Libertatis, quibus gaudent Sacerdotes & Ecclesiastici Latini. Et postremo probavit Decretum Ejusdem Particularis Congregationis de Confessionibus & aliis, de quibus in eo latius habetur.

Fr: Ant: Card: S. Onuphrii.

(L. S.) *Nicolaus Lercarius Secretarius.*

DUPLICATUM Decretum S. Congregationis de Propaganda fide habitæ coram S.smo die 7. Februarij 1627. prohibens Ruthenis Laicis æque ac Ecclesiasticis transitum ad Latinum Ritum.

Ad conservandam pacem & concordiam inter Ruthenos Unitos, & ob alias gravissimas causas Sanctissimus in Christo P. & D. N. D. Urbanus Divina Providentia Papa VIII. De consilio & assensu Venerabilium Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Congregationis de Propaganda Fide, decrevit

crevit, ne de cætero Ruthenis Unitis sive Laicis, sive Ecclesiasticis, tam secularibus quam Regularibus & præsertim Monachis S. Basil: M. ad Latinum Ritum quacunq; de causa etiam urgentissima sine speciali Sedis Apostolicæ licentia transire liceat. & proinde omnibus Archiepiscopis, Episcopis & Officialibus Ruthenorum Unitorum districte præcipiendo mandavit, ne deinceps licentias pro hujusmodi transitu subditis suis, cujuscunq; gradus & conditionis existant, concedere præsumant, & Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis Latinis, & eorum Officialibus, ne Ruthenos prædictos Unitos ad Latinum Ritum transire volentes, quovis prætextu, aut causâ etiam cum licentia Ruthenorum Prælatorum suorum recipere audeant, sub pœna nullitatis Actus & alijs arbitrio Sanctitatis suæ & Romanorum pontificum Successorũ Suorũ transgressoribus infligendis.

F. CARDINALIS De Alterijs Præfectus.

Breve Urbani VIII. concedemus absolventibus exercitia spiritualia apud monachos O. S. B. M. nationis Ruthenæ easdem Indulgentias, quas consequuntur absolventes apud Clericos regulares Soc. J.

URBA-

URBANUS PP. VIII.

Ad futuram Rei memoriam, Ad augen: Christi fidelium, Nationis Ruthenorũ Unitorum, qui ut accepimus, apud dilectos filios, Monachos Ordinis S. B. M. ejusdem nationis, etiam Unitos, exercitia spiritualia exercere solent, devotionem, & animarum salutem, cælestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti, eisdem Christi fidelibus, qui exercitia spiritualia hujusmodi, apud dictos Monachos per octo dies fecerint, & alia forsan pro infra scriptis Indulgentijs consequendis, requisita adimpleverint, quod omnibus & singulis Indulgentijs, ac peccatorũ remissionibus & pœnitentiarum relaxationibus, quibus Christi fideles Latini, exercitia spiritualia prædicta, apud dilectos filios Clericos, Societatis JESU facientes, ex concessione Aplica gaudent,(c) pari modo fruantur & gaudeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentiũ concedimus & indulgemus. Non obstat.. Regula nostra, de non concedendis Indulgentijs, adinstar cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die VII. Jul: M.D.C. XXVII. Pontificatus nostri, A. Quarto.

Decre-

(c) *Alexander VII. per Breve* Cum sicut.

Decretum S. Rituum Congregationis de non habenda alia ratione præcedentiæ inter Episcopos Latinos, & Ruthenos unitos, quam antiquitatis eorum promotionis, inter Parochos vero antiquitatis eorum Ecclesijs debitæ.

In causis præcedentiæ, inter Episcopos Latini Ritus, & Episcopos Ritus Græci uniti. S. Rituum Congregatio, alias censuit, nullam aliam rationem, cæteris paribus, inter illos habendam esse, quam Antiquitatis, eorum promotionis, ad Episcopatum, & prout latius in literis ejusdem S. Congregationis, ad Nuntium Apostolicum Poloniæ, continentur. Sub

Dat

1657. *Anno 12. Octobris. Omnibus Regularibus, cujuscunq; Instituti; Item Clericis & Laicis, in Domibus PP. S. I. exercitia spiritualia per 8 dies absolventibus, riteq; confessis, & Sacra communione refectis concessit Indulgentiam plenariam omnium peccatorum. Clemens autem XII. Alio Brevi:* Exponi nobis fecit: *Easdem extendit ad alterius sexus fideles dicta Exercitia peragentibus in Claustris Monialium, Domibus, aut Oratoriis, ab Ordinariis locorũ designatis*

Data 16. Februarij 1630.

Iulius Eppus Cardinalis Sabellius.

C: Paulutius S. Congr: Rit: Secr:

In causis præcedentiæ, inter Parochos Latinos & Græcos Unitos, Sacr: Rituum Congregatio, alias respondit: Ritui Græco non obstare, quominus Parochi prædicti, præcedentiam Ecclesiis eorum debitam, inter cæteros Latini Ritus Parochos, assequantur.

Iulius Card, Sabellius.

Paulutius Sac: Rit: Secr:

Breve URBANI VIII. *Confirmans Decretum S. Congregationis de propaganda Fide super redigendis in Unam Congregationem Monachis Ruthenis, & eligendo ab iisdem Protoarchimandrita, ac celebrandis Capitulis.*

URBANUS PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit Venerabilis Fr: Josephus, totius Russiæ Metropolita, quod alias a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus negotio propagandæ in universum mundum Fidei præpositis emanavit Decretum tenoris subsequen-

tis: Decretum Sacræ Congregationis de propaganda Fide habitæ Die iv Octobris M.D.C. XXIV. coram Sanctissimo, sacra Congregatio convenientissimũ esse censuit, ut Monachi Rutheni Uniti in Congregationem redigantur, quod si fecerint, eisdem facultatem concessit eligendi sibi perpetuis futuris temporibus unum Generalem, seu Proto-Archimandritam totius Russiæ, & singulis quadriennis Capitula, generalia Congregandi, in eisque Constitutiones, racionabiles tamen, & sacris Canonibus, Decretis Conciliorum, ac Summorum Pontificum Constitutionibus non repugnantes conficiendi, a Romano Pontifice pro tempore confirmandas, quæ interim tamen, ne Disciplina Regularis patiatur detrimentum a præfatis Monachis observanda erunt, donec aliter per Sedem Apostolicam fuerit definitum. Cum autem sicut eadem dispositio subjungebat, prædictus Josephus plurimum cupiat, Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ nostræ Confirmationis robore communiri; Nos eundem Josephum specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo

modolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendarum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Eorundem Cardinalium Consilio Decretum præinsertum hujusmodi Apostolica Authoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, nec non Decretum hujusmodi, ac præsentes literas, valida, firma, & efficatia existere & fore, dictisq; Monachis in omnibus, & super omnia plenissime suffragari, & ita per quoscunq; judices ordinarios & delegatos & causarum palatii Apostolici Auditores judicari & definiri debere, & irritum ac inane, si quid secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunque. Datt Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris die XX. aug: Anno MDCXXXI. Pontificatis nostri Anno nono.

M. A. Moraldus.

DECRE-

Decretum S. Congr. nis rituum ; In Causa Polocensi Beatificationis ; & Canonisationis, Beati Martyris Iosaphat, Archiepiscopi Polocensis Ordinis, S. Basilii Magni.

Commissa dudum a Sanctissimo Domino Nostro Urbano, Divina Providentia Papa VIII. Sacræ Rituum Congregationi, ad instantiam Serenissimorum, Poloniæ & Sveciæ, Regum, Sigismundi III. & Vladislai IV. Nec non ad supplicationem Metropolitanorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Palatinorum, Principum, ac universi Cleri, & Populi Catholici Regni Poloniæ, Magniq; Ducatus Lithvaniæ, ac totius Russiæ, nec non Venerabilis Ordinis, Monachorum S. Basilii Magni, in causa Servi Dei JOSAPHATI, Archiepiscopi Polocensis ejusdem Ordinis S. Basilii, pro Christi nomine, & fide Catholica, & pro Sancta potissimum Unione cum Ecclesia Romana, Vitepici in Russia Alba, 12. Novembris 1623. a Schismaticis trucidati, illaq; deinde per plures annos, per eandem Sacram Congregationem, servatis servandis, discussa, & examinata; auditis de super etiam Theologis, Consultoribus, & Sanctæ fidei promotore. Post obtentam prius, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro, sub die 27. Januarij 1629. specialem derogationem, decreti Sanctitatis suæ, de non procedendo, in causis Servorum Dei, ad effectum Canonisationis Beatificationis, aut declarationis Martyrij, nisi elapsis quinquaginta annis ab obitu illorũ. Et prævia sub die 3. Martij 1641. ejusdem Sanctissimi licentia, ad ulteriora in hujusmodi causa, in Congrbus ordinarijs procedendi, referente Eminentissimo, & Reverendissimo Joanne Baptista, tituli S. Eusebij S. R. E. Præsbytero Cardinali, Pamfilio nuncupato, proposita: eadem Sacra Rituum Congregatio, die 2. Martij 1642. censuit constare, de validitate Processuum. Die 13. Septembris 1642. constare de Martyrio, & causa Martyrij. Die demum 22. Novembris ejusdem anni, constare de miraculis. Ideoq; Sacræ Congregationi videtur, si Sanctissimo Domino N. placuerit, posse dictum Servum Dei JOSAPHATUM Beatorum Martyrum Cathalogo adscribi; & ad solemnem ipsius Canonizationem quandocunq; deveniri. Interim vero, donec ad ipsam Canonizationem deveniatur, visum pariter fuit, facultatem concedi posse, ut de eodem Martyre, ab omnibus Monachis Ord. S. Basilij, ubiq; terrarum existentibus, nec non in omnibus Ecclesiis, Diœcesis & Provinciæ Polocensis, ac totius Metropolis Russiæ, a quibuscunq; Sacerdotibus, tam sæcu-

sæcularibus, quam Regularibus, Die Natalis (d) ipsius 12. videlicet Novembris, Officium & Missa de communi unius Martyris Pontyficis, recitari respective, ac celebrari valeat, juxta Rubricas Breviarij, & Missalis Romani, nec non græci, seu Rutheni, ab Apostolica Sede approbati. Quam Sacræ Congregationis sententiam, Sanctissimus Dominus N. per me Secretarium ad se relatam præsente ibidem Sanctæ Fidei promotore, die 14. Decembr: 1642. laudavit & approbavit, & Breve de super in forma expediri mandavit.

Iulius Episc: Tusc. Card: Sabellius.
C. Paulutius S. Congr. Rit: Secr.

Breve

(d) *Sac: Rit: Congr: ad preces Rmi Archiepiscopi Polociæ, Metropolitani totius Russiæ, & P. Generalis Monachorum Ruthenorum Ord: S. BASILII Magni benigne concessit, ut festum B. Martyris IOSAPHAT Arhiepiscop: Polocen: prædicti Ordinis quod hactenus celebratum est die 12. Novembris, ut per Inaultum Apostolicum sub datum die 16. Maj 1643. in posterum, justis de causis, transferri & celebrari possit, & valeat in Regno Polrniæ tantum Die 26. Septembris cujuslibet anni. Hac diá 2. Septembris 1679.*
Cæsar Card: Fachenettus.
Bernardinus Cæsarius Sac: Rituū Congr. Secr.

Breve Urbani VIII. Concedens gratiam altaris poivilegiati Ecclesiæ Metropolitanæ Kijovien: ac Cæteris Cathedralibq Ecclesijs Ruthenorum Unitorum.

URBANUS PP. VIII.

Ad Futuram rei memoriam.

Omniū saluti paterna Charitate intenti, sacra interdum Loca spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde Fidelium defunctorum animæ Domini Nostri Jesu Christi, ejusq Sanctorum suffragia meriterū consequi, & illis adjutæ, ex pergatorij pænis, ad æternam salutem, per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam Metropolitanam Kijoviensem, ac Cæteras Cathedrales Ecclesias, Ruthenorum unitorum, simili ad præsens Privilegio, ut accepimus, minime decoratas, dummodo, in qualibet ex dictis Ecclesijs, tres saltem sacerdotes existant, & in qualibet ex dictis Ecclesijs, unum duntaxat Altare, per Vblem Fratrem Metropolitam Russiæ, semel tantum eligendum, designetur, ita ut variari nequeat, & de hujusmodi electione publicum instrumentū fiat, hoc speciali Dono illustrare, de omnipotentis Dei Misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, Ejus authoritate confisi, ut quandocunq Sacer-

 dos

dos aliquis dictarum Ecclesiarum duntaxat, Missam Defunctorum, in Die Commemorationis Defunctorum, & singulis diebus, infra illius Octavam, ac etiam in Uno Die cujuslibet hebdomadæ, per Eundem Metropolitam, in Electione Altaris, ut supra facienda, designando, si eodem die, vel in Octava Defunctorum, & singulis infra eam, Missa hujusmodi, pro Defuncto, vel Defunctis, applicari possit, pro anima cujuscunque fidelis, quæ Deo in Charitate conjuncta, ab hac luce migravit, ad prædictum altare celebrabitur anima ipsa, de Thesauro Ecclesiæ, per modum suffragij Indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Domini Nostri JESU Christi, ac Beatæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a purgatorij pœnis liberetur, concedimus & indulgemus. In Contrarium facien: non obstant: quibuscunque. Præsentibus ad Decennium tantum valituris, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, Die 4. Augusti. MDCXXXV. Pontificatus Nostri, Anno 15. Gratis pro Deo, etiam Scriptura.

M. A. Maraldus.

Breve

Breve alexandri VII. Super Eligendo a Monachis Ruthenis Monacho in Proto-Archimandritam:

ALEXANDER PP. VII.

Dilecte Fili Salutem & Apostolicam benedictionem:

Sollicitudo Pastoralis Officij, quo Catholicæ Ecclesiæ Regimini Divina dispositione præsidemus, nos admonet, ut exortas inter quoscunque Christi fideles, & præsertim illos, qui ex fluctibus sæculi, in Religiosæ vitæ portum confugerunt dissensiones, opportunis remedijs tollere & pacem, sine qua non bene colitur pacis author, reducere, & stabilire satagamus, sicut matura Consultatione adhibita conspicimus, in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, Christi fideles Rutheni, cum S. R. Eccl. Uniti, varijs diffidijs agitentur, & ejusmodi dissensionibus, præcipue causam dederit celebratio duorum Capitulorum, In quorum uno Vblis Frater Archi-Episcopus Polocensis, cum adhærentia quorundam paucorum suorum sequacium, se in Abbatem, sive Superiorem Generalem Monachorum Ruthenorum Ordinis Sancti Basilij Magni, ad sui vitam eligi curaverat, in altero vero reliqui Monachi Rutheni Vblem Fratrem Episcopum Chelmensem in eorum Abbatem sive Superiorem

riorem Generalem elegerant, memoratus autem Episcopus Chelmensis, apud Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. Eccl: Cardinalium negotijs Propagandæ Fidei Præpositorum pluries institit, ut imo dictum Capitulum nullum declaretur, quippe quod legitimum esse non poterat propter defectum authoritatis, qua dictus Archiepiscopus carum reperiebatur. Hinc est, quod nos ejusmodi diffidijs & dissensionibus remedium, quantum nobis ex alto conceditur adhibere, atq; ut Monachi præfati sollicite servent Unionem Spiritus in vinculo pacis, providere cupientes, ac de Tua fide, prudentia, charitate, integritate, & Religionis zelo, plurimum in Domino confisi, de prædictorum Cardinalium Consilijs, discretioni Tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut minime attentis duobus dictis Capitulis, novum Capitulum dictorum Monachorum Ruthenorum, Authoritate nostra Apostolica convoces, & canonice congregari cures, illiq; eadem Authoritate præsideas, ac sedulo procures, ut in eodem novo capitulo, electio Abbatis, seu Superioris Generalis, Monachorum Prædictorum, de Persona alicujus Monachi expresse professi dicti Ordinis, qui utriq; partium quantum fieri poterit minus suspectus

ctus, iisq; moribus, discretione, prudentia, charitate, pacis, ac religionis zelo præditus sit, ut ad reconciliandos animos, concordiamq;, quantum Divina bonitas dederit restituendam, & constabiliendam aptus fiat. Nos enim te novi Capituli hujus, nostro & Apostolicæ sedis nomine Præsidentem cum Auctoritate, facultatibus, Jurisdictione, honoribus, & oneribus similibus Præsidentibus competentibus, & alijs solitis & consvetis, dicta Authoritate harum serie facimus, constituimus, & deputamus, Tibiq;, quascunq; necessarias, & opportunas ad præmissa facultates tribuimus & impertimur, salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis prædictorum Cardinalium. Cæterum Te in Domino hortamur & monemus, ut novum Capitulum hujusmodi, fideliter regere ac in illo omnia, quæ ad prosperum dictorum Monachorum Ruthenorum Regimen & gubernium pertinet, decerni, statui, & ordinari cures & facias. Mandantes præterea in Virtute Sæ Obedientiæ Dilectis Filijs Eorunq; Monachorum Superioribus, quocunq; Nomine nuncupatis, cæterisq; Monachis, specialiter Vocalibus, in prædicto novo Capitulo congregandis, alijsq; ad quos pertinet, ut Te Ejusdem Capituli Nostro & dictæ Sedis nomine Præsidentem,

reverenter

reverenter suscipiant, Tibique in præmis[sis] pareant, obediant, & assistant, ac [ipsius] salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam rite tuleris, seu statueris in rebel[les], ratam habebimus & faciemus, authore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit dicti Ordinis, & alijs quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & Consvetudinibus, Privilegijs quoque, Indultis & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenore præsentibus pro plane, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum in arce Gandulfi Albanen: Dioces. sub annulo Piscatoris, Die 30. Maij MDCLXV. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

S. Ugolinus

Decretum

Decretum Sac: Cong: Generalis Inquisitionis de non Reconsecrandis Schismaticis.

Feria 4. Die 29. Septembris: 1666.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis, habita, in Conventu S. Mariæ super Minervam, coram Eminentissimis & Reverendissimis Dominis, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in tota Republica Christiana, contra hæreticam pravitatem inquisitoribus generalibus, a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis: Rel to dubio proposito, ab Episcopo Chelmensi in Polonia, De Sacerdotibus, a Schismaticis consecratis, quos, ut certitudinem habeat, valoris Sacramentorum, & sciat certo, cui conscientias Ovium suarum committat, in Sacris Confessionibus, iterum reordinat, ad omnes Ordines, sed privatim, ne fiat Scandalum schismaticis. Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinales, Inquisitores Generales prædicti dexerant, Ordinatos a Schismaticis non esse reordinandos, sed tantum egere dispensatione, super irregularitate, juxta Constitutionem CLEMENTIS VIII.

Pro Domino Joanne Lupo Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis.

Franciscus Rivardus Substit

Breve

Breve Innocentij XI. nullum declarans capitulum Monachorum O. S. B. M in Rusia .

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad Futuram Rei Memoriam .

Ad Apostolatus Nostri notitiam, non sine gravi animi Nostri dolore pervenit, quod licet in quodam Congressu super multis rebus ad Christi fideles Ruthenos Sæ Rom: Ecclesiæ Unitos pertinentibus, coram Venerabili Fratre Opitio Archiepiscopo Ephesino, Nostro & Apostolicæ sedis apud Charissimum in Christo Filium nostrum Joannem Poloniæ Regem Jllustrem Nuncio ante hoc habito, cui Venerabiles Fratres: modernus Archi-Episcopus Kijoviensis Metropolita Ruthenorum alijq; Episcopi Rutheni Græci, una cum aliquibus Monachis O: S: Basilij Magni interfuerunt, Conventum atq; stabilitum fuisset, ut Synodus Provincialis hyeme proxime venturo haberetur, eodemq; tempore etiam Congregatio, seu Capitulum Generale Monachorum dicti ordinis in illis Partibus degentium, quod cæteroqui juxta consvetum morem sub finem Mensis Julij proxime præteriti celebrandum erat, celebrari deberet. Idq; ex eo, quod tam ad Synodum, quam ad Congregationem, seu

seu Capitulum Generale hujusmodi multi Episcopi convenire, ibidq; etiam præcipue ex Monachis prædictis, qui pro sua pietate atq; doctrina, Unionem Ruthenorum cum Apostolica Sede prædicta maxime tuentur, interesse debeant, Venerabiles autem Fratres Episcopi, Chelmensis, & Vladimiriensis, ac forsam etiam Premisliensis, Ecclesiarum suarum Negotijs impediti, celebrationi Congregationis seu Capituli Generalis hujusmodi, si prædicto Mense Julio fieret, interesse non potuissent, nihilominus memoratus Archi-Episcopus Kijoviensis, non attenta prædicta Conventione, communi consensu stabilita, sed mutato proposito, Congregationem, seu Capitulum Generale Monachorum prædictorum Mense Julio, proxime præterito, una cum paucis Monachis a se quidem dependentibus, Dilecto autem Filio Superiori Generali eorundem Monachorum, qui una cum suis Consultoribus procul aberat, parum benevolis (tametsi illum ab ea re prædictus Opitius Archi-Episcop9 & Nuncius, per suas literas dehortatus fuisset) celebrare voluit, seq; ibidem in Superiorē Generalē dictorum Monachorum eligi curavit. Quamvis autem dict9 Opiti9 Archi-Episcopus & Nuncius de his edoctus, eundem Archi-Episcopum Kijovien: per Eplam exhor-

exhortatus fuerit, ut ſerio conſideraret Electionem, de ſua Perſona in Superiorem Generalem ſic factam, ex eo præſertim, quod Ipſe Archi-Epiſcopali Dignitate indignitus reperiretur, non poſſe ſubſistere, utq; proinde per ſe ipſum incommodis inde provenientibus, remedium adhibere ſtuderet, ipſe tamen Archi-Epiſcopus Kijovienſis, tam æquis adhortationibus, atq; poſtulatis morem gerere noluit, ſed Ordinem prædictum ſuo Arbitrio gubernare, imo potius deſtruere cæpit, illiusq; facultates, aſſumpto in ſe Proto-Archimandritatu, in ſuos uſus convertere, ac Conſultores prædictos, qui perpetui eſſe ſolent, ab eorum muneribus amovere, et alia pleraq; munera Monachis inferioribus, & minus idoneis committere non dubitavit. Quare nos, qui ſupremo Iuſtitiæ Throno, a Domino Conſtituti ſumus, conſiderantes ex præmiſſis perperam atq; inconſulte geſtis, magnam dicto Ordini, quinimo etiam Unioni prædictæ labem inferri poſſe, multosq; inde irrationabiliter læſos fuiſſe, ac proinde, pro data Nobis Divinitus Poteſtate, his alijsq; gravibus incommodis, jam exortis, opportunum remedium, Paterna charitate adhibere, & imminentibus mature occurrere, utq; in eodem Ordine omnia ad omnipotentis Dei Gloriã, Reli-

Religionis incrementum, & felicem progreſſum, ac Spiritualem Chriſti Fidelium ædificationem, recte atq; ordinate fiant, procurare cupientes, Congregationem, ſeu Capitulum Generale Monachorum prædictorum Menſe Julio, proxime præterito celebratum, ſeu celebratam, in illaq; ſeu illo, factam de Perſona prædicti Archiepiſcopi Kijovienſis Electionem in Superiorem Generalem Monachorum hujusmodi, amotiones dictorum Conſultorum, & aliorum Monachorum quorumcunq;, a ſuis reſpective muneribus, & aliorum quorumlibet Officialium, ſeu Miniſtrorum deputationes, nec non aſſumptionẽ ſupradicti Proto-archimandritatus, & alia quæcunq; in præmiſſis ab eodem Archi-Epiſcopo Kijovienſ: in vim, vel prætextu Electionis hujuſmodi quomodolibet facta, acta, & geſta, cum omnibus & ſingulis inde ſecutis, Authoritate Apoſtolica, tenore præſentium caſſamus, irritamus, invalidamus, & annullamus, viribusq;, & effectu penitus & omnino vacare, ac caſſa, irrita, invalida & nulla, viribusq; & effectu vacua, & nullius omnino roboris, & momenti eſſe, & fore, decernimus & declaramus. Præterea Supradictum Superiorem Generalem, ac prædictos Conſutores, & alios Monachos quoſcunq;, a ſuis reſpective muneribus, ſeu

 Officijs

Officijs, per memoratum Archi-Epiſcopum Kijovienſem amotos, ſeu deſtitutos, ad Eadem reſpective Munera ſeu Officia, ac alios in integrum & priſtinum, ac eum, in quo ante celebrationem Congregationis, ſeu Capituli Generalis prædicti quomodolibet erant, ſtatim Authoritate, & tenore præſentium reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus. Porro: Congregationem, ſeu Capitulum Generale dictorum Monachorum juxta Conventionem ſupra dictam, hyeme proxime ventura, celebrari debere, dicta Authoritate, harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, decernentes præſentes Literas firmas, validas & efficaces exiſtere & fore, ſuosq; plenarios & integros Effectus ſortiri & obtinere, ad quos ſpectat & ſpectabit in futurum in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari, ſicq; in præmiſſis per quoscunq; judices ordinarios & delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his, a quocunq; quavis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca memorato Archi-Epiſcopo & Nuncio, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus Ipſe per ſe vel alium vel alios, ubi, vel quando opus

do opus

do opus fuerit, & quoties pro parte intereſſe in præmiſſis habentium, ſeu aliquis eorū deſuper fuerit requiſitus, Eaſdem Præſentes Literas, in eis contenta quæcunq; ſolenniter publicans, illisq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, faciat authoritate noſtra, illos omnes & ſingulos præſentium Literarum, & in eis contentorum, commodo effectu pacifice frui & gaudere, & non permittere eos deſuper, a quopiam quavis Authoritate, quomodolibet indebite moleſtari, pertubari, vel inquietari, Contradictores quoslibet, & Rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna Juris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimisq; ſuper his habendis proceſſibus, Sententias, Cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis BONIFATII PAPÆ VIII. Prædeceſſoris noſtri: de una, & Concilij Generalis, de duobus dictis, alijsq; Apoſtolicis decretis, ac in Univerſalibus Provincialibus Synodalibusq; Concilijs, Edictis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, nec non quatenus opus ſit dicti Ordinis, alijsq;

quibusvis

quibus is, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel qu vis firmitate alia roboratis, statutis, vel Consvetudinibus; Privilegijs quoq;, Indultis, & literis apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annullo piscatoris die XXX Octobris. MDCLXXXIII Pontificatus nostri Anno octavo. *J. S. S Lusius.*

Breve Benedicti XIII. cum Ruthenis ad Catholicam Ecclesiam redeuntibus relaxans in pœna per canones constituta.

BENEDICTUS PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Æterni pastoris, qui misericors & miserator existit, vices licet immeriti in Terris gerentes, ijs etiam, qui foris sunt, & a recta fide aberrant, pietatis & misericordiæ januam reseramus, ac Pœnas quas juris severitas in eos statuit, Apostolicæ Sedis clementia moderamur, ut ejus benigni-

benignitate allecti ad Catholicam Ecclesiam, extra quam nemo est salvus, reducantur, & Christo Domino, qui eos proprio sangvine acquisivit, restituantur. Cum itaq;, sicut Dilectus Filius Benedictus Trulevicz Monachus expresse Professus ac Procurator Generalis Ordinis Monachorum Sancti Basilij magni, Ritus Græci Uniti, Nobis pro parte venerabilium Fratrum Archiepiscoporum & Episcoporum Ruthenorum cum Sancta Romana Ecclesia Unitorum nuper proponi fecit, inter alias causas, quæ schismaticos a relinquendo schismate, & amplectenda cum eadem S. R. E. Unione retrahunt, & morantur, ea præcipue sit difficultas scilicet, quam Uniti experiuntur in recuperandis Bonis, quæ tam ante schisma, quam tempore schismatis possidebant, & ut plurimum occupata ac violenter erepta sunt nedum ante lapsum, sed etiam tempore lapsus in schisma prædictum; Cupiutq; Archiepiscopi & Episcopi prædicti, hujusmodi impedimentum ad Eorundem schismaticorum reductionem facilius obtinendam removere, ac opportune in præmissis a nobis provideri: Nos animarum saluti, quantum in Domino possumus consulere, iporumq; Archiepiscoporum & Episcoporum votis hac in re favorabiliter annuere cupientes, nec non prædictum

prædictum Benedictum a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, horum serie absolventes & absolutum fore consentes, supplicationibus Eorundem Archiepiscoporum & Episcoporum nomine, Nobis super his humiliter porrectis inclinati, de nonullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Congregationis de propaganda fide negotiis præpositæ, super rebus Ruthenorum deputatorum Consilio, ut Uniti cum eadem sacra Romana Ecclesia, sive laici, sive Ecclesiastici Regulares, vel sæculares, cujuscunq; status, Gradus, & Ordinis, etiam Episcopalis, vel conditionis fuerint, omnia Bona quæ ad eos tam ante schisma, quam eo perdurante alias legitime pertinebant, ac quibus etiam violenter spoliati fuerant, recuperare, possidere, illisq; uti, frui, ac gaudere libere & licite possint, quin in futurum ex causa prædicti schismatis, vel quovis sub prætextu alicui liceat Bonorum ejusmodi recuperationem, illorumq; pacificam possessionem & usum ipsis Unitis quoquo modo impedire, minusq; eadem Bona

Bona in illorum præjudicium retinere, Authoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus, decernimusq; easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosq; plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac illis, ad quos spectant, & pro tempore spectabunt in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicq; in præmissis per quoscunq; Iudices, Ordinarios & delegatos etiam Causarum palatii Apostolici auditores, ac dictæ sedis Nuntios judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis & in Synodalibus Provincialibus & universalibus Conciliis edictis, specialibus vel generalibus constitutionibus & ordinationibus Legibus quoq; imperialibus, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem, sub annulo piscatoris Die XII. Augusti. MDCCXXIV Pontificatus nostri Anno Primo.

Fr Cardinalis Oliverius.

Decre-

Decretum S. Congregationis Generalis de Propag. fide habitæ sub die 4. Febr: 1676. decernens percutientes clericos Ruthenos excommunicationem incurrere.

Referente Eminentissimo Dno Cardinali Heilio, S. Congregatio declaravit, percutientes Clericos Ruthenos Unitos, excommunicationem incurrere, cum Clerici prædicti iisdem Privilegiis Canonis, & fori, immunitatis, & libertatis gaudeant, quibus Clerici Latini potiuntur. Datum Romæ die 4. Februarij 1676.

Cardinalis de Alterijs Prefectus.
V. Cerrus Secr.

Decretum Sacræ Congregationis particularis de propaganda fide habitæ in Palatio Apostolico Quirinali, coram Benedicto Papa XIV. Super rebus Ruthenorum Die 1. Maj 1742.

Relata per Eminentissimum & Reverendissimum Dominum Cardinalem Caraffa causa Leopoliensi, seu Ordinis Sancti Basilij Magni, inter Congregationem Sanctissimæ Trinitatis, ac Generalem seu Proto Archimandritam Totius Russiæ ex una, & assertam Congregationem Provinciæ Poloniæ, ac Procuratorem Fiscalem curiæ Metropolitanæ ex altera, partibus, Sanctitas sua mature perpensis juribus hinc inde deductis, auditisq; Emmorum DD. Cardinalium Suffragiis decrevit ut infra, videlicet.

1mo. Ex Monasteriis utriusq; partis Constituatur unica tantum Congregatio, sub eodem Titulo Congregationis SS. Trinitatis Unitorum.

2do. Ideoq; suo tempore habeatur Capitulū Generale pro eligendo novo Generali, seu Proto-Archimandrita totius Ordinis, qui sit Monachus expresse professus, & non Episcopus.

3tio. In quo Generali Capitulo vocem habeant activam ij Monachi sic uniti sub Titulo Congregationis Sanctissimæ Trinitatis, quibus juxta Constitutiones Ord: Jus Suffragii competit, passivam vero omnes & singuli Monachi Professi totius Congregationis sic unitæ, non habentes canonicum impedimentum.

4to. Eidem Capitulo Generali præsideat Metropolitanus Russiæ, qui tamen in Generalem, seu Proto-Archimandritam Ord: eligi non possit.

5to. Insuper præfato Capitulo Generali intersit Nuncius Apostolicus, & quatenus non possit personaliter accedere, vices suas deleget Auditori Nunciaturæ.

6to.

6to. Quo ad jurisdictionē Metropolitæ: Et competat tantum jus illud, quod a Constitutionibus Apostolicis, & a S: Concilio Trid: tribuitur cæteris Metropolitis, & Episcopis super Monachos exemptos.

7mo. Interea scribatur Nuncio Poloniæ, ut ea Sæ Congregationi suggerat, quæ tranquillitati & concordiæ, ac ulteriori bono totius Congregationis sic unitæ conferre possint. Ac præsertim insinuet, an expediat decernere in posterum alternativam in electione Generalis, seu Proto Archimandritæ Ord. inter Monachos utriusq; partis in unicam Congregationem, ut supra redactos, & præsertim in formet, quomodo hujusmodi alternativa constitui possit. Datt Romæ ex ædibus prædictæ Sæ congregationis die 18. Maij 1742. Anno

V. Card: Petra Præf: Philippus de montibus Secr:

PARS

PARS II.

Decretalis BENEDICTI Papæ XIV. Confirmans Capitulū Generale Duonense.

Venerabili Fratri Athanasio Szeptyckī Archiepiscopo Metropolitano totius Russiæ; necnon Dilectis Filiis ProtoArchimandritæ, Archimandritis, Abbatibus, & Monachis Ordinis S. Basilii Magnī Ruthenorum.

BENEDICTUS
PAPA XIV.

Venerabilis Frater, & Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Inter plures jucunditatis fructus a Nobis abunde perceptos, dum illustrium aliquot Prædecessorum Nostrorum morē resumpsimus, qui Congregationem S. R. E. Cardinalium, negotiis Propagandæ Fidei præpositorum coram se ipsis identidem convocare consueverunt, non modicum profecto gaudium animo cepimus, dum negotia Nationis Ruthenæ, atque Ordinis Monachorum S. Basilii ejusdem Nationis unà cum Ven. Fratribus Nostris prædictam

Congre-

Congregationem constituentibus tractavimus, atque discussimus.

Et quidem præclara Nationis Ruthenæ merita Nobis comperta sunt ex sacris historiis, in quibus relatum invenimus, usque de Anno MCXLVI Prælatos Ruthenos Concilium Nationale Kioviæ habuisse, quo se opponerent schismati per Michaelem Cerularium Patriarcham Constantinopolitanum excitato; deinde aliquos ejusdem Nationis Metropolitas Apostolicæ Sedi obedientiam præstitisse; quam pariter universa Gens per suos Legatos Innocentio Papæ IV. in Concilio generali Lugdunensi primo professa fuit: Illustrem porrò Isidorum S. R. E. Cardinalem Ruthenum in Concilio Florentino plurimùm adlaborasse pro sancta unione inter Occidentalem & Orientalem Ecclesiam stabilienda: Denique Michaelem III. Kioviensem Metropolitam consentientibus reliquis Episcopis Ruthenis, in Civitate Brestiæ Concilium coegisse, in quo publica iterum Nationis Ruthenæ cum Sede Apostolica Unio decreta fuit, ad eamque perficiendam duo Episcopi missi fuerunt ad fel. record. Clementem Papam VIII. prædecessorem Nostrum, cui datum fuit prædictam Nationem ad Ecclesiæ Romanæ commu-

nionem recipere, ejusque Unionem per Literas Apostolicas confirmare.

Eximiis hisce totius Nationis promeritis jungenda sunt ea, quæ peculiaria sunt Ordinis Monachorum S. Basilii, quorum spectabilis cætus est apud ipsam Ruthenorum Nationem, quemque potissimùm concernunt ea, quæ in Congregationibus coram nobis habitis agitata, & constituta fuerunt. Hypatius nimirum Metropolita, unus ex Legatis ad Clementē Papam VIII. missis, cum intelligeret, nullum aptius fore medium ad Sanctam Unionem fovendam & propagandam, quàm si Monachos Basilianos, quorum unicus apud Ruthenos est Monasticus Ordo, sibi conjungeret; insigne ipsorum Monasterium acquisivit sub invocatione Sanctissimæ Trinitatis Vilnæ constitutum, atque in eo collectos Juvenes Monachos erudiri curavit. Hujus verò Successor Joseph Velamnus, pluribus ejusdem Ordinis Monasteriis, quæ antea segregata degebant, ad Unionem redactis, unam ex eis Monachorum Congregationem efformavit, quam de nomine supradicti Monasterii *Congregationem Sanctissimæ Trinitatis Unitorum* nuncupavit: Cumque benè nosset hujusmodi Unionem, seu Congregationem minime Canonicam esse, aut haberi posse absque

auctoritate & beneplacito Sedis Apostolicæ, ad hanc ipsam debitum habuit recursum, atque opportunam ab ea obtinuit approbationem de Anno 1624. sub Pontificatu fel. record. Urbani Papæ VIII., ille cum præcedenti Anno 1623. magnus ille Archiepiscopus Polocen. Josaphat Monachus S. Basilii, quem idem Urbanus Anno 1646. Beatorum numero adscripsit, gloriosum pertulisset martyrium, sibi a schismaticis in odium Catholicæ Fidei & Unitatis illatum.

Monasteriorum Unione, ut præfertur, in unicam Congregationem sic constituta, & cohærenter ad obtentam Apostolicam confirmationem, prædicta omnia Monasteria sub unius ProtoArchimandritæ directione & regimine unita fuerunt. Sed quamvis ad eam Congregationem firmius stabiliendam & ampliandam opportuna deinceps concessa quoque fuerit facultas ad uniendi ipsi alia Monasteria, quæ se eandem adjungere optassent; nonnulla tamen ejusdem Ordinis Monasteria in Diœcesibus Uladimiriensi, Luceoriensi, Chelmensi, Leopoliensi, & Premisliensi adhuc reliqua erant, quæ & omnino separata ab ea Congregatione, & singula seorsim sine ulla unione vivebant. Quamobrem Anno 1720. de mandato recol. memor. Clementis Papæ XI. coacta in Civitate Zamosciæ Synodo nationali Ruthena, præsidente in ea Hieronymo Archiepiscopo Edessæ, tunc in Regno Poloniæ Sedis Apostolicæ Nuntio, deindeque S. R. E Cardinali Grimaldo nuncupato, in eâdem decretum fuit, prædicta quoque Monasteria in unam Congregationem uniri debere; eâque de re habendum esse post certum tempus Capitulum generale sub præsidentia Metropolitani, & cum assistentia Proto-Archimadritæ Congregationis Sanctissimæ Trinitatis, in quo omnia ordinarentur & constituerentur, quæ ad deliberatam Unionem pertinerent; cum satis compertum haberetur, Ecclesiasticæ disciplinæ summopere profuturum, si omnia Monasteria, quæ Superioribus Generalibus non subsunt, neque Visitatores Ordinarios habent, in unum Corpus, seu in unam Congregationem redigerentur.

Ad normam hujus Conciliaris Resolutionis, quam ab Innocentio Papa XIII. confirmatam fuisse dici potest, dum is, prævio consilio tum Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, cui Nos tunc a secretis operam dabamus, tum alterius Propagandæ Fidei negotiis præpositæ, Synodum Zamoscianam approbavit, id quod deinde Bene-

dictus

dictus Papa XIII. per suas Literas speciales in forma Brevis pariter fecit, coactum fuit Anno 1739. in Civitate Leopolis Capitulum Generale, præsidente Archiepiscopo Metropolitano, & adstante prædicto Congregationis Sanctissimæ Trinitatis Proto-Archimandrita; ac Monasteriorum Unio peracta fuit; & totus Ordo S. Basili Ruthenorum distinctus remansit in binas Congregationes; cùm præter veterem Congregationem Provinciæ Lithvanæ, Sanctissimæ Trinitatis nuncupatam, nova hæc efformata fuerit Provincia Russiæ, seu Poloniæ, sub invocatione Patrocinii Beatissimæ Virginis.

Delata ad Nos rerũ gestarum serie, atque habita coram Nobis Congregatione Ven. Fratrum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum sub die 1. Maji Anni 1742. facilè conjecimus non levis momenti dissensiones inter veterem & novam Congregationem oriri posse, nisi opportunis remediis eisdem occurreretur; cum ea jam quæstio excitata esset, utrum scilicet nova Congregatio Polonica proprio & distincto Proto-Archimandritæ subesse deberet, an, verò alteri Congregationi Lithuanicæ unienda, & illius Proto-Archimandritæ, tanquam Superiori Generali, totius Ordinis Basi-

liani

liani, subjicienda esset. Proindeque ad tollendam omnem controversiam resolutũ fuit, quod ex omnibus utriusque Provinciæ Monasteriis unica efformaretur Congregatio, & cogeretur Capitulum Generale pro electione novi totius Ordinis Proto-Archimandritæ: Huic vero Capitulo præsideret Metropolitanus Russiæ; eidemque interesset Nuntius Apostolicus, vel per se, vel si ipse non posset, per aliũ ab ipso substituendum; aliaque plura constituta fuerunt, quæ legi possunt in Decretis sub prædicta die emanatis. Atque inter cætera supradicto Apostolicæ Sedis in Regno Poloniæ Nuntio commendatum fuit, ut inter duas præfatas Provincias Alternativam pro electione Proto-Archimandritæ constitui curaret, cujus alternativæ initium a Provincia Lithuanica desumeretur. Cumque prædictus Nuntius convocationem Capituli Generalis indixerit in Civitate Dubnensi de mense Majo Anni 1743., Metropolitano Russiæ in eo præsidente, atque interveniente Episcopo Zenopoltano ab ipso Nuntio subdelegato, in eodem Capitulo, favente Deo, constabilita fuit unica Congregatio, ex duabus præfatis Provinciis composita, sub regimine unius Proto-Archimandritæ; supradicta etiam alternativa proposita & stabilita fuit, &

secundum

secundū eam electus fuit Proto-Archimandrita, atque is ex Lithvaniæ Provincia; electi pariter fuerunt Officiales inferiores, Consultores nimirum, & Secretarii, æquali numero tam ex una, quam ex alia Provincia; aliæque plures Constitutiones & Resolutiones emanarunt pro felici regimine hujus novæ Congregationis ex duabus Provinciis compositæ.

Cum autem pro supradictorum omnium firmitate, Nostrum, ut par erat, Apostolicum beneplacitum reservatum fuerit; Nos vero cum consilio Ven. Fratrum Nostrorum negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Nobis procedendum esse censuerimus, convocatis eisdem coram Nobis die trigesima mensis Martii currentis Anni 1744. omnibusque in eadem Congregatione perpensis, quæ ad prædictum Capitulum Generale Dubni habitum, ad Unionem duarum Congregationum, ad constitutam inter eas Alternativam, atque Electionem Proto-Archimandritæ totius Ordinis ibi peractam pertinerent, libenti prorsus animo adducti sumus, ut approbaremus, quemadmodum per præsentes nostras Apostolicas Literas approbamus & confirmamus, tam Capitulum Generale, quam Unionem, Alternativam, atque Electionem Proto-Archimandritæ, aliorum-

aliorumque Officialium in eodem Capitulo decretas, & respectivè peractas; quæ omnia ad utilitatem ipsius Ordinis S: Basilii, quem paternè charitatis affectu prosequimur, salubriter expedire judicavimus, atque adeo judicamus.

Ab approbatione Capituli Generalis, nec non Unionis, Electionis, Alternativæ, aliorumque præmissorum, gradum fecimus ad nonnullas Resolutiones, quas in prædicto Capitulo propositas utraque Provincia unanimiter judicio Nostro remisit.

Prima occurrit ea, quæ pertinet ad Titulum Congregationis ex duabus Provinciis compositæ, cum Provincia Lithuaniæ pro conservatione Tituli *SS: Trinitatis Unitorum*, Provincia verò Poloniæ pro nova denominatione *Divinæ Providentiæ*, suum respectivè desiderium significaverint. Nos verò considerantes, Provinciam Lithuaniæ suum jam pridem obtinere Titulum *Sanctissimæ Trinitatis*, sicuti Poloniæ Provincia alium habet *Protectionis Beatissimæ Virginis*; duplicis autem generis actus ab eisdem Provinciis exerceri posse, alios nimirum universo Ordini communes, alios verò proprios singularum Provinciarum; opportunè decernendum judicamus, quòd actus communes

munes expediantur ſub Titulo *Ordinis Sancti Baſilii Magni Ruthenorum*: in actibus verò peculiaribus Provinciæ Lithvaniæ addatur Titulus: *Sanctiſſima Trinitatis Unitorum*; atque in iis, qui proprii ſint Provinciæ Poloniæ, adjungatur alius: *Protectionis Beatiſſima Virginis Maria*; & ita utrique Provinciæ ſuus præcedens Titulus conſervetur.

Altera ex eo ortum habet, quod Provincia Lithuaniæ Monaſterium Lublinenſe ceſſit Provinciæ Poloniæ cum aliquibus conditionibus, & ſignanter cum ea, quòd hujusmodi ceſſio, ſeu dimiſſio eatenus valere debeat, quouſque a Sancta Sede decidatur, utrum alia duodecim Monaſteria, quæ intra fines Provinciæ Poloniæ conſtituta eſſe dicuntur, & quorum poſſeſſio eſt apud Provinciam Lithuaniæ, prædictæ Provinciæ Poloniæ debeant aſſignari. Verùm in præſenti rerum ſtatu Nos nihil aliud reſpondere poſſumus, præterquam ſupradictam ceſſionem Monaſterii Lublinenſis a Nobis approbari. Circa reliqua verò, ulteriores opportunæ facti Informationes a vobis exhibendæ erunt, ut ſuper aliorum duodecim Monaſteriorum pertinentia Judicium Noſtrum efformare poſſimus. Equidem in cumulo Scripturarum, quæ Nobis communicatæ

fuerunt

fuerunt, de eorum poſſeſſione apud Provinciam Lithuaniæ minimè dubitatur. Illud quoque aſſeritur, nonnulla ex iis fundata fuiſſe pro Lithuanis. Hæc nimirum facta dilucidanda ſunt, recognoſcendæ fundationes, explicandæ cauſæ, propter quas Provincia Poloniæ eorum ceſſionem jure ſibi deberi contendit; quæ omnia, ſi libet, intra breve tempus, & abſque magna impensa perfici poſſunt; concordando ſcilicet factum coram Noſtro Nuntio apud Poloniæ Regnum reſidente, vel coram illius Auditore, ſeu alio Miniſtro ab eodem deputando, ad hoc ut deinde ad Nos remittatur veridica relatio, tum facti, tum etiam rationum omnium, quæ coram ipſo utrinque deducentur; quibus peractis, minimè cunctabimur opportunam reſolutionem proferre.

Tertia concernit Hoſpitium Procuratoris Generalis ipſius Ordinis, qui in hac Urbe reſidere debet, nec non Alumnatus, quibus ipſi Rutheni in pluribus Collegiis fruuntur. Illud porrò conſtat, Urbanum Papam VIII. de Anno 1641. inſtante ipſa Congregatione de Propaganda Fide, conceſſiſſe Monachis Ruthenis Eccleſiam Sanctorum Sergii & Bacchi, nec non Antonium Cardinalem Barberinum Sancti Onuphrii nuncupatum, ipſius Urbani

Fra-

Fratrem, aream contiguam pro Hospitio fundando comparasse, ibique Ædes extruxisse pro Procuratore Generali, cujus etiam substentationi annuum Legatum a se relictum attribuit. Neque dubium est, quin primæva supradictæ Ecclesiæ concessio, sicut etiam Hospitium, atque Legatum, ad solos spectaverint Monachos Basilianos Ruthenos, qui de eo tempore in Congregationem Sanctissimæ Trinitatis Unitorum coaluerant. Cum vero nuper etiam Monasteria Poloniæ in unum corpus unita fuerint, deindeque ex toto Ordine S. Basilii Ruthenorum unica Congregatio fuerit efformata, quæ ex duabus Provinciis, Lithuana, & Polona, componitur; cumque, juxta leges alternativæ inter ipsas constitutæ, Procurator Generalis modo ex Provincia Lithuana, modo vero ex Provincia Polona erigi debeat; æquitatis ratio postulat, ut in prædicto Hospitio resideat Procurator Generalis etiam tunc, cum ex Provincia Polona assumetur, quandoquidem Procurator Generalis, sive ex Lithvana, sive ex Polona Provincia electus sit, semper est Procurator Generalis totius Ordinis & Congregationis ex utrisque Provinciis compositæ. Quia vero pro eisdem Ædificiis in eum statum, in quo nunc sunt, redigendis, tum plures sumptus erogati fuerunt, tum etiam multum æris alieni contractum, quod adhuc exsolvendum remanet; Nos id, quod expensum fuit, ab eo, quod in posterum solvendum erit, omnino distinguimus; & nullam quidem expensi rationem habendam esse judicamus, vel quia id ex piorum largitionibus collectum extitit, vel quia domicilium illud partim inhabitatum, partim etiam locatum fuit a Procuratore ibi commorante, qui semper hucusque fuit ex Provincia Lithuana; quod autem reliquum est æris alieni, postquam exacte liquidatum fuerit, id pro medietate ab una ex dictis Provinciis, pro alia vero medietate ab altera solvendum esse decernimus. Quo vero ad Alumnatus, cum duo ex ipsis constituti sint in Collegio Urbano de Propaganda Fide, duo autem in Collegio Græco de Urbe ab Urbano Papa VIII. concessi, alii vero in aliis Collegiis extra Urbem assignati reperiantur, statuimus, quod hujusmodi Alumnatus ad utramque Provinciam spectare deinceps censeantur, atque inter earundem Alumnos æqualiter dividantur.

Quarta ex eo originem duxit, quod Abbates utriusque Provinciæ renunciarunt proprio juri passivo, quod habebant in electione Proto-Archimandritæ; id quod locum

locum dedit hujusmodi Resolutioni; quod nimirum in Proto-Archimandritam eligi deberet simplex Monachus Professus nullo canonico defectu notatus; & viam aperuit remittendi arbitrio Nostro, atque hujus Apostolicæ Sedis judicio, utrum id, quod in præsenti actum fuit, semper deinceps servari debeat; quod idem est ac exquirere, an semper in posterum simplex Monachus eligendus sit in Proto-Archimandritam, vel potius aliquis etiam ex Abbatibus ad eandem dignitatem eligi possit. Nos autem plurimùm commendamus religiosam animorum moderationem, cujus illustre specimen Abbates hac occasione præbuerunt. Opportunum quoque censemus pro ipsius Ordinis utilitate, non alium ejusdem regimini præsidere, quàm qui veram ipsius observantiam professus sit; cum sciamus, ab eo potissimum recte imperari, qui bene obedire didicerit. Verum, cum non adhuc satis liqueat id, de quo inferius verba faciemus, an scilicet Abbates a jurisdictione Proto-Archimandritæ exempti esse, & Metropolitano immediate subesse debeant, nondum pariter super hac quæstione sententiam proferri posse judicamus. Siquidem ex unius articuli decisione alterius præjudicium exoritur. Ubi enim Abbates immediatæ Metropolitani jurisdictioni subjiciantur, æquum est, ut excludantur a dignitate Proto-Archimandritæ; ubi vero iidem jurisdictioni proto-Archimandritæ subesse jubeantur, nimis profecto durum videretur, eosdem in perpetuum ab omni jure passivo, quod ad eam dignitatem habere possent, excludere; cum præsertim in præcedentibus Decretis reperiamus exclusos fuisse ab hujusmodi munere, non quidem Abbates, sed Episcopos, & Metropolitanum.

Hic igitur occasio se offert disserendi de eo, quod paulo ante innuimus; an scilicet Abbates Metropolitano, vel potius Proto Archimandritæ immediatè subjecti esse debeant. In vestris porro Congressibus invenimus propositum, & statutum fuisse, quod Proto-Archimandrita omnia Monasteria vel per se, vel par alium visitare debeat: sed ubi Monasteria Abbatialia sint, jurisdictionem non exerceat, nisi in personas Monachorum, nunquam vero in ipsos Abbates, qui subiecti esse debent Metropolitano; ita ut, si aliquis Abbas in sui Monasterii regimine gravamen aliquod vel Monasterio vel Monachis intulisse reperiatur, onus sit Proto-Archimandritæ omnia referre ad Metropolitanum. An vero præcedentia Abbatibus competat supra ipsum Proto-Archimandritam, vel contra

contra, id judicio Apostolicæ Sedis specialiter a Vobis reservatum fuisse conspicimus.

Duplex itaque, ut videtis, decidenda proponitur quæstio, altera scilicet circa immediatam Abbatum subjectionem vel Proto-Archimandritæ, vel Metropolitano; altera circa eorundem Abbatum præcedentiam supra Proto-Archimandritam. Ducto igitur initio ab ea, quæ minorem difficultatem involvit, decernimus, quod in omnibus actibus Monasticis Proto-Archimandrita præcedat Abbates: cum minime ferendum sit, in hujusmodi actibus Monasticis Religiosum ipsi Religionis suæ Capiti anteire; extra vero actus Monasticos, solitum servari præcipimus; ita ut, si extra prædictos actus usus invaluit, quod Abbas præcedat Proto-Archimandritam, in posterum etiam ad Abbatem præcedentia pertineat; si vero de præterito obtinuit, quod Proto-Archimandrita Abbatem præcedat, idipsum deinceps servetur. Nec enim absonum Vobis videri debet, quod unus alterum præcedat in aliquibus circumstantiis, in aliis vero idem alteri præcedentiam concedat. Id enim ante oculos Nostros passim factitari conspicimus. Siquidem inter Canonicos Basilicarum Urbis, quum aliqui sint

sint Episcopali & Archiepiscopali dignitate insigniti, hi quidem reliquos omnes Canonicos præcedunt; Vicarius autem repræsentas personam Cardinalis Archipræsbyteri, qui Basilicæ Caput est, quamvis idem simplex Prælatus sit absque Ordine Episcopali, tamen in Choro, & in omnibus actibus Capitularibus, prædictos Canonicos Episcopos præcedit; extra Chorum vero, & extra actus Capitulares, infra eosdem incedit, & sedet. In Collegio pariter Advocatorum Consistorialium aliquis nonnunquam reperitur Episcopali gradu præfulgens: sedet hic in actibus Collegialibus supra reliquos omnes Advocatos; non vero supra Decanum, quamvis hic plerumque simplex Clericus existat: quia nimirum is est totius Collegii Caput; qui tamen extra Collegiū, & extra actus Collegiales Episcopo, Consistorialis Aulæ Advocato, in omnibus decedit.

Ad aliam propositam quæstionem nunc redeuntes, quæ circa immediatam in Abbates jurisdictionem, vel Proto-Archimandritæ, vel Metropolitano adjudicandam versatur, memores Vos esse putamus, in Congregatione apud Nos habita die prima Maii anni 1742. Jurisdictionem Metropolitani supra Monachos

 admissam

admissam fuisse, verumtamen restrictam ad terminos Constitutionum Apostolicarum, & Sacri Concilii Tridentini, ubi jura Metropolitani in Monachos exemptos præfiniuntur; ex quo procul dubio colligitur, Abbates, non quidem Metropolitano, sed Proto-Archimandritæ immediate, subesse debere. Visum est enim, rectum gubernandæ Religionis ordinem minime subsistere posse, ubi Abbates a Metropolitano, non autem a Proto-Archimandrita immediate penderent; quum nec imaginaria, nec admodum rara existimari debeat occasio, qua Abbas in sui Monasterii regimine alicui vel pluribus Monachis gravamen intulisse dicatur, vel etiam re ipsa intulerit. Quod quidem gravamen facile & celeriter emendari poterit, si illius cognitio ad Proto-Archimandritam deferatur; non ita vero, ubi controversiæ in Monasteriis exortæ Metropolitani judicio & sententiæ reserventur. Inspectis præterea Ecclesiæ Occidentalis Canonibus, eisdem minime consentaneum cognovimus exercitium Jurisdictionis Metropoliticæ in ea monachorũ Monasteria, quæ in Diœcesibus Episcoporũ Suffraganeorum sita reperiuntur; quandoquidẽ Monasteria, quæ non habent privilegium exemptionis, & immediatæ subjectionis Sedi Apostolicæ, non quidem Metropolitani, sed Episcoporum localium Jurisdictioni subesse jubentur. Sacrum vero Tridentinum Concilium adeo sollicitum fuit, ne Metropolitani Jurisdictionem exercerent in Suffraganeorum Diœcesibus, ut, præter peculiaris ipsorum Diœcesis visitationem, non aliter Episcoporum Comprovincialiũ Ecclesias Cathedrales atque Diœceses ab ipsis visitari permiserit, quam ubi id a Concilio Provinciali eisdem mandatum fuerit.

Neque omissa fuit accurata in Orientalis Ecclesiæ leges disquisitio; & quamvis, juxta earundem præscriptum, agnoverimus, Monasteria & Monachos Episcopo subesse debere, Patriarchæ autem competere jus Stauropegii, nimirum figendæ Crucis in Monasteriorum fundatione, ex quo sequebatur, ut Monasterium, licet extra ipsorum peculiarem Diœcesim, in alicujus Episcopi Suffraganei finibus situm esset, ipsi tamen Patriarchæ immediate subjectum, atque ab Episcoporum localium jurisdictione omnino exemptum remaneret; Attamen hujusmodi Stauropegii jus, quod Patriarchis, ut supra, concessum fuit, nunquam ad Metropolitanos extensum fuisse cognovimus; quinimo Leoni tale quidpiam ab his attentatum fuit

fuit, id veluti alieni juris usurpationem habitum fuisse conspeximus. Illud vero potissimum Nos movit, quod animadvertimus, supradictam Synodum Zamoscii habitam studiose quidem curasse, ut Monasteria Ordinis S. Basilii Provinciæ Poloniæ in unam Congregationem convenirent; de Proto-Archimandrita autem decrevisse, ut illi subesset, cui eundem subjici debere Apostolica Sedes judicasset. Atque eadem, ubi de Visitatione Monasteriorum, deque pluribus aliis ad disciplinam pertinentibus Decreta edidit, omnia reduxit ad Sacri Concilii Tridentini præscriptum.

Hæc nimirum in causa fuerunt, cur alias a Nobis jus Metropoliticum redactum fuerit ad terminos Apostolicarum Constitutionum Ecclesiæ Occidentalis, & Sacri Tridentini Concilii. Verum cum deinde oblata Nobis inspexerimus Decreta quædam Congregationis de Propaganda Fide, & quasdam Literas Urbani Papæ VIII. Prædecessoris Nostri, in quibus Metropolitani jura tam in Monachos, quàm in Abbates intacta reservantur; cumque plura Nobis allegata fuerint Acta, tum Synodorum, tum Capitolorum, in quibus prædicta jura Metropolitani admittuntur, Resolutionem quoque Congregationis Concilii legerimus in Causa *Kijovien: Juris visitandi* proposita die 22. Augusti, & resoluta die 12. Septembris Anni 1739. necnon Documenta in eadem Causa exhibita, secundum quæ comprobatum & admissum fuit jus Metropolitani Russiæ, qui per suos Delegatos visitari jusserat, quin etiam condemnaverat Abbatem cujusdam Monasterii extra propriam Diœcesim constituti, utpote quod vel in Diœcesi Luceorien. vel in Uladimiriensi situm erat: Idcirco Nos in re tam gravis momenti, quæque ad Metropolitanum attinet non minus Dignitate, quam virtutibus insignem, caute, & ad rectissimam justitiæ normam procedere volentes, non adhuc deinde hujusmodi quæstionem, utrum scilicet Abbates debeant vel Metropolitano, vel Proto-Archimandritæ immediate subesse, per definitivam resolutionem decidere posse censemus: quod tamen a Nobis, nulla interjecta mora, præstabitur statim ac vel ipsi invenerimus, vel Nobis aliunde firmiora in utramvis partem decidendi fundamenta suppeditata fuerint. Interim vero decernimus, ut in Monasteriis Abbatialibus Proto-Archimandrita omne jus habeat in bona Monasterii, atque in Personas Monachorum; Metropolitanus autem interiori Monasteriorum regimini nullo-

nullatenus se ingerat : (a) quoniam advertimus, Metropolitanum ipsum usque de Anno 1686. interius omne Religionis gubernium eidem Religioni & Proto-Archimandritæ reliquisse, reservatis sibi aliis rebus, quas propriæ Ordinariæ jurisdictioni competere asseruit. Inter hæc autem, dum Metropolitanus rationum momenta

(a) Annò Domini 1746. Die vero Mercurii 15. Mensis. Iunij Varsaviæ. In V. Fiscali Curia Metropolitanæ Kioviensis & totius Russiæ Principali recurrente. Contra Rmum Polycarpum Mikuniewicz utriusq Provinciæ Ruthenæ & Lithvanæ Generalem & Rmum Theodosium Koniaczewski Provincialem Provinciæ Lithvanæ, atq Religiosum in Xto Patrem vicarium Monasterii Onuphriensis. Coram Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Hieronymo Salario Sæ. Tæ. & I. U. Doctore Proto-Notario Aplico Sæ Nunciatura in Regno Poloniæ & M D. L. auditore generali & administratore Aplico. Comparuit personaliter P. Adm Rdus Michael Primowicz. Illmi ac Rmi Metropolitæ Kioviensis & totius Russiæ Principalis recuren. Plenipotens in termino ex remediis juris proveniente contumaciam præte-

momenta, quæ ab ipso sunt, atque Abbates similiter ea, quæ ipsorum intentioni favere possunt, majori, qua poterunt celeritate Nobis indicare curabunt, statuimus, ut Metropolitanus in illius juris quod in Abbatum personas obtinet, possessione perseveret.

Ad

pressorum citatorum quatenus non Comparentium accusavit & in ipsorum contumaciam ex iisdem remediis juris proposuit, qualiter vacante sede ArchiEppli Smolescensi & Abbatia Onuphrien. post mortem Illmi & Rmi olim Antonini Tomillowicz ejusdem Archi-Eppatûs atq Abbatiæ Immediati Possessoris, dum in Administratorem Auctoritate Metropolitana pro Abbatia ipsiusque bonis Rlmus in Xto P. Samuel Ianowski Abbas Grodnen: O. D. B. M. Deputatus fuisset, in Consecutione Possessionis, istius administrationis a Rlgso P. Vicario Monasterii Onuphrien: sub prætextu dispositionis alicujus de Abbatia præfata vacante per Rmum P. Generalem O. D. B. M. & Rlmum P. Provincialem Provinciæ Lithv: factæ, impeditus, & rebelliter non admissus fuit, cui imo res & bona ejusdem Illmi & Rmi Archi-Eppi fuerunt intercepta, proinde

Ad reliqua nunc percurrenda, quæ a Vobis in Congressibus Vestris dispofita, Nobisque exhibita fuerunt, animum Nostrum intendimus. Et quidem cum a Vobis statutum fuerit, ut Proto-Archimandrita post electionẽ suam Juramentum obedientiæ præstare debeat in manibus Metropolitani, tum suo, tum totius Religionis nomine

supra fatum Rlgmum P. Samuelem Janowski circa administrationem dictæ Abbatiæ Onuphrien: & bonorum ejus, Conservari, de immittendo in Possessionẽ Mandatum executivum decerni, & extradi mandari, nec non spolium rerum purgari postulavit Salvo &c. omni &c. Præsente Nobili Ioanne Czwordowicz supra scriptorum Rmi ac Rlmi P. Polycarpi Mihuniewicz utriusq; Provinciæ Ruthenæ & Lithvaniæ Generalis O. D. B. M. & Rlgmi Theodosij Koniaczewski Provincialis Provinciæ Lithvanæ, R. in Xto P. Vicarij Monasterij Onuphrien: Citatorum nomine comparente, salvis &c: & protestando de indebita per Processum mere vexatorium suorum Principalium defatigatione; damnorumq; & Litis expensarum Causatione, productis juribus & Litteratoriis Documentis pgnanter concordato Ordinis Cum Illmo

nomine, tamque erga S. Sedem, quam erga ipsum Metropolitanum, *secundum omnia Jura, Constitutiones, & Decreta a S. Sede Apostolica lata*; post huiusmodi verba etiam hæc alia per Vos addenda esse præci-

Metropolita ab eodem & toto Collegio Epporũ ac Patrũ Eiusdem Ordinis acceptato, subscripto, & observato per quod Sess: II N. 8. bona Abbatialia & Regularium dispositioni Metropolitanæ minime obnoxia esse debent, inhærendo quoq; recentissimæ constitutioni & Decretali Moderni Ssmi. in verbis Ubi: Interim vero decernimus ut in Monasteriis Abbatialibus, Proto-Archimandrita omne Jus habeat, in Bona Monasterij atq; in Personas Monachorum, Metropolitanus autem interiori Monasteriorum regimini nullatenus se ingerat. Insistendo demum juramento Illmi Metropolitæ, quod emisit in manibus antecedanei Illmi & Excellmi Nuncij Aplici, Moderni vero Eminentissimi Cardinalis Paulutij circa ascensum suum in Metropoliam, de servandis constitutionibus, Iuribus, Privilegiis Ordinis Divi Basilij Magni concessis ipsisq; non violandis, ac se se ad alias rationes & motiva in Informatione uberius expressa referente nullá,

præcipimus, nempe: *Ut juxta præscripta in Literis SS. Domini Nostri &* quibus idem Proto-Acbhimandrita & Religio manifeste obligetur ad observantiam & executionẽ eorum omnium, quæ in hisce Nostris literis continentur. Vita

& incompetentem fuisse actionem Illmi & Rmi Domini Metropolitæ (cujus nomine agit Ejus Fiscalis) declarari circumscriptaq; citatione ab eodem è Tribunali Aplico exportata nullum ipsi Ius Competiisse neq; competere in regimine & administratione Bonorum Abbatialium & Regularium, solamq; remanere Iurisdictionem & dispositionem penes Rmum Proto-Archimandritam, Ipsumq; & Ejus successores privative quoad Metropolitas circa eandem jurisdictionem conservandum & manutenendum fore decerni & Parti perpetuum silentium imponi. Ne vero in posterum Illmus Metropolita se in Ejus jura ingerat, ubi Constitutiones Pontificias convellat, sub nullitate quorum vis actuum, & pænis contra Violatores Potificiæ dispositionis, ac aliis arbitriis inhiberi, & interim in Damnis, & Litis expensis nulliter & ex indebita vexa causatis Condemnari postulante salvo &c: omni &c. Ex adverso

Vita functo Proto-Archimandrita, decrevistis, quod primus Consultor Generalis ex ea provincia eligendus, ex qua erat defunctus Proto-Archimandrita, reget cum scitu *Metropolitani Religionẽ;* deindeque ea subjungitis, quæ intimationem futuri Capituli Generalis pro Successoris electione concernunt. Loco

suprascriptus Plenipotens Fiscalis, salvis &c. & protestando &c. ad allegatã citatorum dilationem, sibi ad informandum in scriptis producendumq; coram hoc Aplico Tribunali Documenta, usùs & consvetudinis immemorabilis super regimen Bonorum Abbatialium administrationemq; eorum Vacantibus Abbatiis ex jure speciali Competen: hinc ad quindenam dari & concedi expetiit. Salvo &c. omnĩ &c. Qui Illmus & Rmus Dominus Auditor Generalis & Administrator Aplicus Sedens &c. auditis &c. Terminum habuit pro servato, & interim mandavit informari in scriptis & ita &c. omni &c: Quem Terminum pro servato habitum, aperiendo præfatus Illmus & Rmus Dominus Auditor Grlis & Administrator Aplicus, qui supra. Exequo Decretalis feliciter regnantis Pontificis incipiens: Inter plures jucunditatis: sub Datum Romæ āpud Sm

Loco itaque præmissarum vocum: *reget cum scitu Metropolitani Religionem, aliæ* hasce substituetis. *reget Religionem, certiorato prius de obitu Proto-Archimandritæ Metropolitano, eique servato debito honore & reverentia.*

Illud vero pro recta Monasteriorum utriusque Provinciæ Lithvanicæ, & Polonicæ disciplina sapienter constituistis; ut

---

Mariam Majorem Die 2. Maij An 1744. expresse disponit, ut in Monasteriis, Abbatialibus Proto-Archimandrita omne Jus habeat, in Bona Monasterij idest standum esse eidem Pontificiæ Dispositioni Judicium præsens decrevit, Consequenter Bona Abbatiæ Onuphrii: administranda esse per Commissarium seu Commissarios Deputatos a Rmo proto-Archimandrita declaravit, ac V. Fiscali Curiæ Metropolitanæ perpetuum silentium imposuit, & ita &c: Omni Kijovien. &c. A quo Decreto suprascriptus Illris & A. R. Przmowicz ad Ssmum Dominum Nostrum Papam, Sanctamq; sedem Aplicam. appellavit salvo &c. Omni &c. Et Illmus ac Rmus Auditor Grlis & Administrator Aplicus hujusmodi appellationem refutavit, & ita &c. Omni &c.

ut Orientalis Ecclesiæ usus, consuetudines, exercitia, Jejunia, Ritus, & Cæremoniæ in eisdem observentur. Quod quidem statutum summopere commendamq; perpendentes, quòd olim, quum ad Kijoviansem Metropolim evectus fuisset de anno 1613 supra citatur Joseph Velaminus Nobilis Lithuanus, in hoc Collegio Græco de Urbe educatus, institit coram fel: record. Paulo Papa V: Prædecessore Nostro atque obtinuit declarari per Apostolicas Literas in forma Brevis datas die 10. Aprilis 1615. nullatenus Ruthenis ad communionem Sanctæ Sedis nuper adjunctis impositam esse legem, ut abdicatis propriis Ritibus, Ecclesiæ Latinæ Ritus amplecterentur. Cum autem Nos elapso proxime anno 1743. sub die 24. Decembris, Epistolam Encyclicam dederimus ad Patriarcham Antiochenum Græcorum Melchitarum, cæterosque Episcopos Catholicos illius Ritus eidem Patriarchæ subiectos, in qua plura disponuntur circa abstinentias & jejunia, aliasque consuetudines Orientalis Ecclesiæ; volumus, ut istius quoque mentionem faciatis, & prædicto Decreto hujusmodi verba addatis -- *juxta Epistolam Decretalem S S. Domini Nostri &c.*

(b)

(*b*) quæ fuit a Nobis, ut ſupra, conſcripta adjecta pœna privationis vocis activæ & paſſivæ ipſo facto incurrenda, non ſolum ab iis, qui Eccleſiæ Orientalis uſus, conſuetudines, Jejunia, Ritus, & Cæremonias transgrediantur, ſed etiam ab ipſorum Superioribus, qui diſpenſationem ab eorum obſervantia, etiam in caſibus particularibus, abſque juſta & urgenti cauſa concedere audeant.

Inter

(*b*) *Demandatam cælitùs humilitati Noſtræ omnium Eccleſiarum curam ſubeuntes, ſub ipſum initium Pontificatus Noſtri per encyclicas Litteras datas die 3. Xbris anni 1740. ad Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos per univerſum terrarum Orbem regentes Eccleſiam Dei, inter cæteros animi noſtri ſenſus, quos illis manifeſtos eſſe volumus, eosdem etiam omnes hortati ſumus, ut quibuſcumque in rebus, ad Catholicæ Fidei, diſciplinæque conſervationem, & incrementum pertinentibus, Noſtram, atque hujus Sanctæ Sedis auctoritatem, & opem ſibi ſuiſque Eccleſiis neceſſariam eſſe contingeret, de iis ad Nos cum omni fiducia referre non dubitarent, atque omnibus illis adjumenta polliciti ſumus, quæ ab*

Inter Officiales Religionis, quod ad Procuratorem Generalem attinet, optimè in Veſtris Conſtitutionibus decreviſtis, ut alternis vicibus ex Lithuanica, & Polonica Provincia eligi deberet. Sed ut ea diſpoſitio magis perſpicua reddatur, & nullam in executione difficultatem involvat, in eam, quæ ſequitur formam, redigenda erit: *Procurator Generalis in poſterum eligatur in Capitulo Generali, & in*

Apoſtolica ſuprema Poteſtate Nobis concredita, & ab ea ſollicitudine, quæ noſtrum Paſtorale decet officium, inferiorum Eccleſiarum Prælatis afferri maxime convenit. Hæc autem a Nobis univerſo Epiſcoporum cætui publice promiſſa tum semper hucuſque omni cura, & vigilantia, in mediis etiam difficillimorum temporum perturbationibus, Domino vires ſubminiſtrante, effectu complere ſtuduerimus; atque iis omnibus, qui hortationibus Noſtris excitati, de ſuis ſuarumque Eccleſiarum rebus ad Nos adierunt, ea omnia præſtiterimus, quæ tum ad propriam ipſorum, tum ad animarum ipſis ſubditarum incolumitatem, atque utilitatem conducere judicavimus; Minimè quidem negligendum eſſe cenſuimus recurſum, quem de rebus non parvi

& in ejus electione servetur alternativa; & ita ut, quoties Proto-Archimandrita est ex Provincia Lithuaniæ, Procurator Generalis sit Monachus Professus Provinciæ Poloniæ, & è contra; Cum autem in Vestro Capitulo Generali, in quo Proto-Archimandritam elegistis ex Provincia Lithuanica, minime electum fuisse viderimus Procuratorem Generalem, Nos porrò addimus, quod, pro currenti quadriennio

drienio

drienio, Proto-Archimandrita cum Consultoribus Generalibus eligat in Procuratorem Generalem Monachum Professum Provinciæ Poloniæ.

Visi-

momenti, & alias ad fel: record Prædecessores Nostros Benedictum XIII:, & Clementem XII. & nuper ad Nos ipsos, habuerat Ven Frater Cyrillus Patriarcha Antiochenus; qui, ardenti zelo erga Fidei, & disciplinæ puritatem, atque animarum salutem impulsus, pro quo etiam illustres labores exantlasse, & magna pericula adiisse dignoscitur, complura dubia in sua, aliarumque Ecclesiarum sibi subjectarum regimine incidentia, & varia postulata de rebus, sub sententiâ, sibi oportunis, ad hujus Apostolicæ Sedis judicium more Majorum detulerat; ut suprema Romani Pontificis auctoritate, & omnis dubitationum ambiguitas, errorumque tolleretur occasio, & Ecclesiastici regiminis ordo, ac tranquillitas, in iis regionibus, ad Populorum salutem providis legibus asseveretur.

Itaque laudabili, justoque illius desiderio obsecundare, ejusdemque iteratis precibus, quantum oportunè fieri possit, satisfacere cupientes, totam rerum summam longo intervallo jacentem resumpsimus, eamque per nosmetipsos examinare, atque accuratè definire volentes, summo studio, ac diligentia prædicta Dubia, & Postulata singulatim perpendimus; adhibitisque in consilium nonnullis ex Ven. Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ex eo cœtu delectis, qui Propagandæ Fidei negotiis præsunt, tum etiam aliquibus ex Clero Sæculari, & Regulari gravibus Viris, ac Theologica, & Canonica facultate præstantibus, quos omnes coram Nobis semel, bis, tertio de prædictis rebus sententias suas aperire mandavimus; ea tandem decernere, atque sancire statuimus, quæ per has Literas Nostras, Vobis, Ven. Fratres per universũ Antiochiæ Patriarchatũ Orthodoxis Græco-Melchitarũ Ecclesiarum

Visitationem Monasteriorum utriusque Provinciæ minimè a Vobis neglectam fuisse cognoscimus, quum eadem respectivis ipsarum Provincialibus demandata fuerit. Quo vero ad Proto-Archiman-
dritam

Episcopis, tenenda, atque observanda Apostolica auctoritate declaramus; maximam de vobis omnibus in Domino fiduciam habentes, fore, ut Paternæ Nostræ erga Vos charitati, ac studiosæ de rebus vestris sollicitudini integrâ, promptâque, ut par est, obedientiâ, atque observantiâ respondeatis.

Porro ex dubiis, & postulatis a prælaudato Ven. Fratre Cyrillo Patriarcha propositis, aliqua pertinent ad conservationem Rituum, & Morum Ecclesiæ Græcæ, tum universorum in genere, tum eorum in specie, qui ad jejuniorum observantiam, & Sacrosancti Missæ Sacrificii celebrationem attinent: Alia versantur circa Jurisdictionem ejusdem Patriarchæ, & Episcoporum et subjectorum, quam hinc ab Episcopis Maronitis, hinc vero a Missionariis Latinis perturbari asseritur: Nonnulla denique spectant ad Monachorum disciplinam, eorumque legitimam Superioribus subjectionem; tum etiam ad Religiosarum Fœ-

dritam statuistis, ut is visitare nequeat, nisi ubi aliquod Monasterium per Visitationem a Provinciali peractam gravamen aliquod pertulisse dicatur; quo casu etiam decrevistis, ut idem Proto-Archimandrita per

minarum vivendi Regulam, earumque regimen, & tutelam.

De Ritibus igitur & moribus Ecclesiæ Græcæ illud imprimis generatim statuendum decrevimus, nemini licuisse, aut licere quovis titulo, & colore, & quâcumque auctoritate, aut dignitate, etiamsi Patriarchali, aut Episcopali præfulgeat, quidquam innovare, aut aliquid introducere, quod integram, exactamque eorumdem observationem imminuat. Hinc est, quod Euthymii olim Archiepiscopi Tyri, & Sydonis, Viri alioquin Catholici, reique Christianæ propagandæ studiosissimi, factum, alias ab hac Sede Apostolica de anno 1716. improbatum, iterum cogimur reprobare; inductamque ab eo auctoritate propria, inconsultoque Romano Pontifice, nonnullarum Ecclesiæ Græcæ consuetudinũ immutationem, revocamus, atque irritam fuisse, & esse decernimus, omnesque imposterum, & singulos Ecclesiæ Græcæ Ritus, & mores a Patribus tra-

per se ipsum nequeat visitare, sed per aliquem Consultorem, aut Secretarium suum, sive per alium Visitatorem a se delegandum. Quæ quidem Lex Proto-Archimandritæ

ditos omnino servari mandamus; specialiter injungentes Ven. Fratri Patriarchæ Antiocheno, ut eorum conservationi diligenter invigilet; ac provideat, ne ulla novitas (unde confusionis ut plurimum, & scandali occasio) in ipsis introducatur: Permittentes solummodo eidem Patriarchæ, & Episcopis Catholicis in propriis Diæcesibus facultatem corrigendi, atque extirpandi abusus, si quos, aut errore vulgi, aut schismaticorum dolo, sive sæculi vitio inter eos irrepsisse compererint; vel etiam aliqua peculiaria pietatis exercitia admittendi, ac probandi, si quæ ad promovendam Fidelium religionem apta, & proficua prudenter in Domino judicaverint.

Huic autem sanctioni generaliter a Nobis prolatæ consentaneum est, ut illæ consuetudines in specie, quæ aliquam mutationem, aut detrimentum subjisse feruntur, in pristinum vigorem revocentur, & restituantur.

dritæ dicta, ut nunquam per se ipsum Monasteria visitare valeat, sed etiam in prædictis casibus per alium visitare teneatur, nimium profecto videtur illius dignitati præjudicium inferre. Proindeque supra-

Cum itaque prædictus Cyrillus Patriarcha Antiochenus in quodam Episcoporum consessu de anno 1736. in Monte Libano habito, supra enunciati Euthymii Archiepiscopi exemplum aliqua ex parte sequendum sibi esse duxerit; ignorans vero, ut asseritur, Apostolicæ Sedis Decreta, quæ ad ipsius petitionem anno 1732. prodierant; (& quorum quidem executionem, ab eodem in accipienda suæ Dignitatis confirmatione in genere promissam, pro illius perspecta vitæ, officiique religione, & constanti in hanc Sanctam Sedem observantia, nunquam eum scienter prætermissurum fuisse, in animum induximus) non solum sibi licere, sed etiam expedire putaverit, receptam Ecclesiæ Græcæ disciplinam circa jejunia immutare: Considerans nempe inopiam complurium suorum subditorum Græco-Melchitarum, desertos Arabum pagos incolentium, ubi ciborum Quadragesimalium maxima est penuria; magnam insuper severitatem, ac diuturnitatem

ſupradictam Reſolutionem ita corrigetis; ut, ubi in caſibus ſupra expreſſis Viſitationi Proto-Archimandritæ locus ſit, poſſit idem ſive per ſe, ſive per alium viſitare.

In

abſtinentiarum, quæ in Eccleſiæ Græcæ obſervantur; ubi nimirum præter jejunium Quadrageſimæ, quod in tota Eccleſia Paſchalibus Reſurrectionis Domini Feſtis Apoſtolica inſtitutione præmittitur, ſimilis etiam Quadraginta dierum abſtinentia Natalitiæ Chriſti ſolemnitati præcedit; tum alia quatuordecim dierum ante Feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis obſervatur; & alia demum ante Feſtum Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, totidem dies complectens, quot a Feria ſecunda poſt Octavam Pentecoſtes ad eorumdem Apoſtolorum Feſtum intercurrunt: Perpendens etiam relaxationem diſciplinæ, quæ per Euthymii decreta jam apud illas Gentes invaluerat, difficile poſſe ad veterem rigorem revocari: ſuper tribus hujusmodi abſtinentiis poſtremo loco recenſitis; quo ad omnes Incolas Pagorum Montanorum perpetuo diſpenſans, eas coarctaverit ſingulas ad unum diem immediate præcedentem enunciatas ſolemnitates Natalis Chriſtis, Aſ-

In eisdem demum Conſtitutionibus Capitulariter a Vobis ſancitis, de iis etiam, ut par erat, decernere non omiſiſtis, quorum ſuffragiis tum Proto-Archimandrita, tum etiam Provinciales, Conſultores, & Secre-

ſumptionis Beatæ Mariæ Virginis, & Martyrium Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli.

Nos hujusmodi innovationem, & abſtinentiarum relaxationem, & coarctationem in nimium detrimentum veteris Græcarum Eccleſiarum diſciplinæ vergere Judicantes; licet alioquin, deficiente auctoritate Apoſtolicæ Sedis, nullius roboris eſſe dignoſcantur: eas tamen auctoritate Noſtra expreſſe revocamus, & nullum effectum impoſterum habere, neque ullatenus executioni mandari; ſed omnia in priſtinum reſtitui debere, jubemus. Atque inſuper in toto tractu Patriarchatus Antiocheni laudabilem conſuetudinem a Majoribus derivatam abſtinendi etiam qualibet Feria quarta, & ſexta per annum ab eſu piſcium, quæ ab aliis quoque finitimis Populis ejusdem Græci Ritus exacte cuſtoditur, indiſtincte ſervari præcipimus.

Et nihilominus Decreta Congregationis Particularis de Propaganda Fide alias die 22. Ianuarii anni 1732. de ejus-

Secretarii eligi debent. Verùm nisi in hujusmodi electionibus numerus eorum, qui suffragium ferre debent, statuatur, ut totidem sint ex Provincia Lithuanica, quot erunt ex alia Provincia Polonica; sive, uno

---

modi rebus edita, & a prædicto Patriarcha, ut asseritur, ignorata, renovantes, ac Paterno animo commiserantes egestatem fidelium Incolarum Libani, & Anti-Libani, & inopiam ciborum Quadragesimalium, quæ in plerisque locis illius tractus adesse fertur, ob quam sæpe accidit, ut carnibus, & lacticiniis necessario vesci debeant; indulgendo statuimus ut illæsa remanente etiam quoad illos generali lege de jejuniis, & abstinentiis, a qua nemini liceat dispensationem in genere concedere, si tamen aliquando vera, & gravis necessitas urgeat dispensandi cum aliquo cœtu, seu communitate, facultatem concedimus Ven. Fratri Patriarchæ Antiochano, ut in singulos tantum annos, quibus eam necessitatem persistere cognoverit, & non aliter, nec alio modo, hujusmodi dispensationem singulis præfatis Communitatibus concedere possit. Non omissis interim debitis cautionibus, per quas veterum Rituum neglectui, & oblivioni sensim irrepenti occurri posse

uno verbo, nisi inter utriusque Provinciæ Vocales æqualitas constituatur, nunquam rectè subsistere poterit alternativa in Electione Proto-Archimandritæ, aliorumque inferiorum Officialium a Vobis instituta.

Qua-

---

pro suo arbitrio, & prudentia existimaverit.

Simili modo nullam innovationem fieri debere decrevimus in eo, quod respicit celebrationem Sacrosancti Missæ Sacrificii, quod unicum in singulos dies super quolibet Altari offerri, veterum Sanctorum Ecclesiæ Græcæ Patrum præcepto, & consuetudine traditum est; propterea que minime indulgendum censuimus petitioni per eundem Patriarcham Nobis porrectæ, qua postulaverat, ut ad satisfaciendum pietati Sacerdotum, & multiplicibus Fidelium Oblationibus, prædictũ Ritum antiquitate commendatum immutari permitteremus, & in Ecclesiis Libani, & Anti-Libani plures Missas eodē die super eodem Altari offerendi Sacerdotibus fieret potestas; ac praeterea in Feriis Quadragesimæ (quo tempore, exceptis diebus Sabbati, & Dominicæ, nonnisi præsanctificatorum Missa in Græcis Ecclesiis celebratur) integrum Sacrificium peragendi facultatem concederemus.

Quapropter super hujusmodi Votantium numero ita decernimus : ut in Capitulis Generalibus , quando agitur de Electione Proto-Archimandritæ , suffragium ferre debeant, præter Metropolitanum Capitulo præ-

---

Quibus de rebus veteres Ecclesiæ Græcæ Rubricas omnino servari, earumque executionem Sacerdotibus inculcari mandamus ; eliminata tamen ab opinione vulgi inepta credulitate , qua nonnulli arbitrari dicuntur , Sacerdotem utentem indumentis , & supellectilibus , quibus alius Sacerdos eodem die usus est , Jejunii observantiam infringere .

Permittimus tamen , juxta Decretum latum die 31. Martii 1729. ab aliquibus ex Ven. Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis Propagandæ Fidei præpositis , ut alia Altaria in loco Ecclesiæ apto erigi possint . Si autem Altarium numerus Celebrantium , & Offerentium multitudini non respondeat , liceat pluribus Sacerdotibus, ubi hujusmodi consuetudo viget , super eodem Altari una cum Episcopo , vel alio Sacerdote Sacrificium peragente , concelebrare ; ita tamen , ut sacris vestibus more Celebrantium induti , unusquisque totam Liturgiam integre recitet , &

præsidentem , Consultores , Secretarii Generales , Provinciales , atque alii quadraginta Monachi ex una , totidemque ex alia provincia designati & electi , iidemque omnes vocem activam habeant , ubi agitur

---

verba Consecrationis proferat , perinde acsi Sacrosanctum Sacrificium singulatim conficerent .

Hujusmodi autem Sacrificium singuli Sacerdotes juxta mentem eorum , qui voluntarias oblationes exhibent, licite valeant applicare . Quod si secundæ , & ulteriores Oblationes pro ejusdem Sacrificii applicatione superaddantur , Sacerdos, qui eas receperit, semper teneatur monere Fideles posteriore loco offerentes , de aliis oblationibus ad eumdem finem acceptis ; & nisi iidem Offerentes unica Missæ celebratione se voti compotes fore declarent , sciat se unico Sacrificio plurium voluntati minime satisfacturum . Eorum vero mentem , qui pro Sacrificio obtulerunt , nunquam a Sacerdotibus impletum iri decernimus per solam adjectionem Particularum , & commemorationem , quæ in Panis præparatione ante Missæ Sacrificium fieri solet : cum omnino necessaria sit integra concelebratio ; nisi de eorumdem Offerentium voluntate aliter fiat .

agitur de Officialium inferiorum electione, addito eisdem Proto-Archimandritæ, qui jam electus fuerit, suffragio.

Quia

Ut autem a Sacerdotibus Græco-Melchitis in Sacris Mysteriis peragendis una, & eadem cæremoniarum ratio, iidemque Ritus serventur, & ne aliqua sensim in iisdem obrepat difformitas, demandavimus Typis congregationis de Propaganda Fide imprimi Missale ad usum illorum Ecclesiæ juxta Rubricas remotissima antiquitate firmatas; quod, absoluta editione sacrorum Librorum Ritus Copti, qui sub prælo sunt, incessanter impleri curabimus.

Quod vero attinet ad prædictorum Ven. Fratrum, Patriarchæ Antiocheni, & Episcoporum Græco-Melchitarum Jurisdictionem, cujus conservatio magnopere Nobis cordi esse debet; non sine magno animi Nostri dolore accepimus, nonnullos Episcopos Maronitas prædictorum jura sibi asserentes in illorum subditos Jurisdictionem sibi neutiquam competentem sæpe, ut asseritur, exercuisse, absolvendo eos, qui Ecclesiasticis Censuris a propriis Pastoribus innodati fuerant; di-

Quia verò delectus eorum, quos ex utraque Provincia assumi conveniat, in tanta rerum & locorum distantia, nequaquam rectè haberi, seu definiri posse videtur; Idcirco mandamus Ven. Fratri

Epi-

---

spensationes Matrimoniales concedendo gradibus, & circumstantiis a Ritibus Græcis minime permissis; dispensando etiam cum Monachis Græco-Melchitis super Votis Religionis; subditos denique Antiocheni Patriarchæ ad Maroniticum Ritum amplectendum variis artibus attrahendo. Quæ omnia, & singula a dictis Episcopis, ut fertur, peracta, jam per se nulla, & Pontificio, Canonicoque jure damnata, ne, in aliena Jurisdictionis perturbationem, & simultatum, ac discordiarum fomentum, iterum renovari contingat, supremâ, quam Jesus Christus Princeps Pastorum Beato Petro Apostolo, Nobisque hujus Successoribus, in Ecclesia Catholica tribuit potestate, omnibus, & singulis Maronitarum Episcopis, ipsique Patriarchæ Nationis Maronitarum, eorumque Successoribus in perpetuum, in virtute sanctæ obedientiæ, quatenus Nobis exposita veritate nitantur, præcipimus, ut ab hujusmodi imposterum abstineant; inhibentes prætereà,

Episcopo Zenopolitano, de cujus zelo & prudentia plurimum in Domino confidimus, ut una cum Proto-Archimandrita, Provincialibus, & Consultoribus tam Generalibus, quam Provincialibus agat, atque expen-

ne quocumque prætextu, aut obtentu rebus spiritualibus Nationis Græco-Melchitarum, in iis, quæ spectant ad Jurisdictionem, & auctoritatem illius Patriarchæ, Episcoporum, & Parochorum, se ingerere audeant, aut eorum subditis transitum a Græco ad Maroniticum Ritum suadere, vel eos, qui sponte transire vellent, nisi forte peculiaris a Romano Pontifice licentia interveniret, acceptare præsumant.

Et quoniam intelleximus sæpedictum Patriarcham Antiochenum, eique subjectos Episcopos, vereri, ne Missionarii Latini, quos in eorumdem adjutorium, & levamen Apostolica Sedes in eas regiones mittere, nec sine gravi incommodo, magnisque sumptibus illic sustentare consuevit, utendo facultatibus sibi concessis, eorum Jurisdictioni præjudicium inferant, & numerum subditorum imminuant; volentes etiam in hac parte eorumdem indemnitati consulere, ac libero propriæ auctoritatis exercitio pro-

expendat, qua potissimum via ad hujusmodi Vocalium Electionem procedi possit; designatamque quantocitius agendi rationem ad Congregationem de Propaganda Fide examinandam atque approbandam remittat.

Huic

spicere, statuimus primo, & declaramus, licere tantummodò Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci Custodiæ Terræ Sanctæ Parochialia munia obire circa Græcos Melchitas, eisque Sacramenta administrare in iis locorum, & temporum circumstantiis, quibus omnino deficiat modus habendi Parochum, aut alium Antistitem Græci Ritus: Quo casu prædicti Fratres emolumenta legitima jure debita percipere licitè valeant, & a Jurisdictione Antiocheni Patriarchæ nullatenùs ipsi dependeant; sed huic dumtaxat petenti teneantur singulis annis notulam tradere Animarum Græci Ritus in ea Civitate, seu loco existentium, utpotè quæ in reliquis eidem Patriarchæ omninò subesse intelligantur. Curet autē Patriarcha pro sui muneris implemento, ut ubicumque opus fuerit, Catholici Parochi copia suppetat, a quo præfati Græci Melchitæ Sacramenta Græco Ritu recipere queant.

Huic autem Epistolæ Nostræ finem imponere nullo modo possumus, quin debitis laudibus prosequamur Ven. Fratrem Athanasium hodiernum Russiæ Metropolitanum, cujus eximia virtus, atque ardens Religionis Catholicæ studium, sinceraque devotio erga Apostolicam Sedem, & sæpe alias, & in harum quoque rerum tractatione luculenter emicuerunt. Hinc est ut nulli melius

Sacramentum verò Confirmationis a Patre Guardiano Terræ Sanctæ in Civitate Hierosolymitana, & in iis locis ubi Episcopus Græcus Catholicus juris sui, & in propria Diœcesi non resideat, conferri possit sub conditione *Græcis a simplici Sacerdote Confirmatis, ac sponte ab eodem confirmari petentibus. Ubi vero sit Episcopus Catholicus residens, hujusmodi Sacramentum non conferat, nisi de ejusdem Episcopi consensu; eo autem dissentiente, abstineat.*

Præterea omnibus, & singulis Melchitis Catholicis Græcum Ritum servantibus ad Latinum Ritum transire deinceps expressè vetamus. Missionariis vero omnibus districtè mandamus, sub pœnis etiam infra exprimendis, aliisque arbitrio Nostro decernendis, ne cuiquam ex illis hujusmodi transitum a Græco ad Latinum Ritum suadere præsumant, aut etiam cupientibus, inconsulta Apostolica Sede, permittant.

De iis autem, quos Latinizantes appelant, nimirum, qui à Græcis Parentibus progeniti, deficientibus Græcis Sacerdotibus, Latino Ritu a Latinis ad hunc diem baptizati fuerunt, eumque Ritum hactenus tenuerunt; quorum magnus numerus Damasci inveniri perhibetur, neque satis huc-usque definitum fuit, cui potissimum Ritui addicti esse deberent, statuimus, & declaramus, ut coram Persona a Nobis deputanda semel profiteri debeant in quo Ritu vivere malint; in eoque imposterum, omni variandi facultate adempta, perseverare teneantur.

Filii vero; qui ab hujusmodi Parentibus post emissam ab illis prædictam declarationem nascentur; nec non ii qui jam nati sunt, sed nondum ad usum rationis pervenerunt, sequantur conditionem Parentum, si Conjuges unum eumdemque Ritum elegerint; sin minus Patris Ritum sequantur.

Cæterum si quos imposterum Græcos necessitate cogente ob defectum Parochi Ca-

melius, quam ipsi, demandari posse judicemus gravioris momenti negotium, quod hic subjungimus. Plura nempe Monasteria in Provincia Poloniæ esse novimus ad eam paupertatem

tholici Ritus Græci, Baptismum, aut alia Sacramenta a Latino Presbytero recipere eveniat, illi non ideo censendi erunt Latinum Ritum suscepisse; sed, omni dubitatione sublata, Ritum Græcum, in quo orti sunt, observare teneantur. Et cum quidem, durante prædicta necessitate, in omnibus rebus, quibus possunt, & precipue in jejuniorũ observatione, retineant; in reliquis verò integre resumant, & prosequantur, statim ac Episcopus, aut Parochus Græcus supervenerit.

Ad præcidendas denique controversias omnes, quæ super hujusmodi quæstionibus oriri solent, etiam inter ipsos Missionarios, propter diversas eorum sententias, atque doctrinas; utque omnis contentio inter Fideles inde promanans penitus extinguatur; expresse præcipimus Missionariis cujuscumque Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, ut solliciti sint super his omnibus servare unitatem spiritûs, & doctrinæ; quod quidem nostris

paupertatem redacta, ut vix duos aut tres Monachos alere possint: In hujusmodi rerum statu, Canonicæ Leges præcipiunt plurium Monasteriorum Unionem faciendã esse

hisce decretis, aliisque de Ritibus Græcorum in partibus Orientalibus observandis aliis a Sede Apostolica editis, fideliter obtemperantes, facile consequentur. Curent præterea, ut omnia laudabilia Ecclesiæ Græcæ instituta ab antiqua Patrum traditione derivata, & Apostolica comprobatione firmata, in suo vigore permaneant, atque a Fidelibus illius Nationis integrè executioni tradantur: neque aliquid iisdem suggerere, aut suadere audeant, quod illorum contemptum, atque imminutionem inducere possit; multoque minus auctoritate propria aliquid circa illa innovare, aut etiam super iisdem ullam dispensationem concedere, vel admittere præsumant. Alioquin præter districtam, quam Deo, Nobis, suisque Superioribus (quos de urgenda adhujus Decreti observantia peculiariter oneramus) rationem reddent, sciant se harum Litterarum vigore privationem vocis activæ, & passivæ, & inhabilitationem ad quemcumque gradum, & officium in suis respective Ordinibus, Institutis, & Con-

esse, donec in singulis Monasteriis decem vel saltem octo Monachi commodè con- gregari valeant. Ad multa igitur laudabi- liter hucusque peracta hoc etiam addat Metro-

gregationibus, ipso facto incursuros.

Demum quod attinet ad Regularem Monachorum disciplinam, decernimus, ut Monachi utriusque Congregationis sub invocatione respective Sanctissimi Salva- toris, & Sancti Joannis, observent re- gulam genuinam Sancti Basilii, eis tra- dendam a Venerabilibus Fratribus No- stris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina- libus negotiis Propagandæ Fidei præpo- sitis: Abstineantque ab esu carnium in sensu prædicta Regulæ. Utriusque autem supra- dictæ Congregationis, sive alterius cujus- cunq; instituti monachos immediate subesse jubemus Episcopis Ordinariis Ca- tholicis, & mediate Patriarchæ pariter Catholico. At in Diæcesibus, in quibus non est Catholicus Antistes, Patriarchæ Catholico immediate subjaceant.

Nullius vero generis Libros, aut folia sine prævia approbatione, & li- centia Episcopi Diæcesani, & Patriar- chæ prædictorum edere possint; atque in- super nullum de rebus sacris Librum, aut folium publici juris faciant, incon- sulta Sede Apostolica. Quod si novas Li-

Metropolitanus, (cui Nos id ipsum de- mandamus, omnesque facultates ad hoc necessarias & opportunas impertimur) ut simul cum Proto-Archimandrita, & Consul-

brorum sacrorum ab eadem Sancta Sede jam probatorum Editiones fieri contingat; onus erit Patriarchæ, & Episcoporum Ca- tholicorum inspicere, ne ulla in re discor- dent ab Editionibus approbatis.

Monasterium porro Monialium in Kesruano erectum a Græco-Melchitis, pro- puellis suæ Nationis, & Ritus, ante omnia declaramus eidem Græco-Melchi- tarum Nationi jure proprietatis acquisitum esse; ita ut Puellæ alterius cujuscumque Ritus, & Nationis nullatenus quacum- que de causa in eodem deinceps admitti possint; sublata cuicumque, etiam Pa- triarchæ, atque Episcopis, super hoc di- spensandi facultate. Insuper prædictum Monasterium, & Moniales sub protectione Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Congrega- tionis de Propaganda Fide recipimus; Illius vero, seu illarum regimen, tum spirituale, tum temporale ad Monachos Congregationis Sancti Joannis de Soaira spectare decernimus, cum immediata sub- jectione Episcopo Ordinario, & mediata Patriarchæ Græco-Melchitarum Antioche-

Consultoribus Generalibus, necnon Provinciali Poloniæ, ejusdemque Provinciæ Consultorio, ad hujusmodi tenuiorum Monasteriorum unionem peragendam incumbat

---

no; qui etiam immediatam super eo, & illis auctoritatem acquirere debeat, quotiescumque futuris temporibus non adesset Episcopus Orthodoxus illius Sedis: Quatenus vero (quod Deus avertat) neuter esset Catholicus, per id tantum temporis, & donec alteruter Catholicus supervenerit, prædictum Monasterium immediate subjaceat Abbati Generali præfatæ Congregationis Sancti Joannis, tanquam Delegato Sedis Apostolicæ.

Confessarius Ordinarius Monialium prædicti Monasterii, sit Monachus professus dictæ Congregationis Sancti Joannis, quem scientiæ, pietatis, ac prudentiæ commendatione ab ipsius Abbate Generali delectum, & præsentatum, Episcopus Diœcesanus probaverit: Idemque statuimus de Confessario extraordinario, quem idem Abbas Generalis ter in Anno, & quandocumque necessitas urgeat, ad audiendas dictarum Monialium Confessiones valeat deputare. Facta insuper prædicto Episcopo potestate, quatenus id expedire putaverit, alium quemcumque Sacerdo-

cumbat. Quod sanè proficuum opus ipsius cura, ut confidimus, rectè perficiendum, ubi ad Apostolicam Sedem ipsius relatio deferetur, auctoritate Nostra comprobare & confirmare non dubitabimus.

Ele-

---

tem Regularem, etiam alterius Instituti, & Ritus Latini, vel etiam sæcularem ejusdem Ritus, in Confessarium extraordinarium dictis Monialibus deputandi.

Non aliam vero regulam a prædictis Monialibus servandam statuimus, quam genuinam illam Sancti Basilii, quam Monachis tradendam supra significavimus. Cui quidem Regulæ si jam supradictæ Moniales quam mox enunciatæ Monasterii, aliquas peculiares Constitutiones addere velint, quæ rei ejusdem Regulæ observantiæ, neque Græcis Ritibus adversentur, eas ad Congregationem de Propaganda Fide prius cognoscendas, & si opus fuerit corrigendas, Nobisque auctoritate Apostolica confirmandas exhibere teneantur.

In omnibus hisce Decretis, Venerabiles Fratres, quæ prævio maturo examine, ut supra diximus, auditoque consilio Venerabilium Fratrum Nostrorũ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque præstantium integritate, ac

Electionem quidem Proto-Archimandritæ in supramemorato Capitulo jam sequutam ab utraque Provincia acceptatam fuisse non sine voluptate cognovimus. Verun-

---

doctrina Virorum, statuenda, edenda, ac vobis denuncianda esse iudicavimus, minimè dubitamus, quin agnoscatis, nihil aliud Nobis propositum fuisse, quam ut & Venerabiles Ecclesiæ Græcæ Ritus ac mores in suo vigore persistant, & debita Vobis a Populis obedientia, atque simul in eos auctoritas, & Jurisdictio sarta tecta servetur. Quorum utrumque ex una, eademque animi, ac judicii æquabilitate proficiscitur, per quam & varias Ecclesiarum Institutiones, & consuetudines justa æstimatione pendantes, unum illud ad animarum salutem omnino necessarium in votis habemus; ut scilicet omnes, qui ubique Terrarum Catholico censentur nomine, unico Fidei, atque unitatis vinculo teneantur; & supremam hujus Sanctæ Sedis auctoritati, qua super alias Divina institutione præeminet, ad promovendam omnium Ecclesiarum utilitatem solummodo interponentes, de cætero Fraternitatibus Vestris intacta manere volumus jura omnia, ac privilegia, & liberum Jurisdictionis

Verumtamen aliam fuisse vidimus formam, quâ Monachi provinciæ Lithuaniæ ipsam acceptarunt, ab ea, quâ usi sunt Monachi Provinciæ Polonæ. Siquidē illi absolutam obedientiam & subjectionem Proto-Archimandritæ iurerunt; hi vero hujusmodi conditionem apposuerunt: *Si dictus Electus cum expositis ad approbandum Sanctæ Sedi Apostolicæ Constitutionibus approbabitur, neque munus suum exerceat*

in

---

vestra exercitium, ad regendas Oves vestræ fidei commissas, easque per semitas mandatorum Dei ad salutis æternæ metam, adjuvante Divina Gratia, dirigendas. Hinc est, quod & hujusmodi Decreta libenter a Vobis, & cum debita devotione, atque observantia suscipienda, & amplectenda fore confidimus. Et nihilominus auctoritate Nostra Vobis mandamus, atque præcipimus, ut ea omnia, & singula servetis, & ab aliis, ad quos attinet, executioni mandari, atque diligentissime observari curetis. Et Apostolicam Benedictionem Fraternitatibus vestris ex animo impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 24. Decembris MDCCXLIII. Pontificatus Nostri anno IV.

*in Provincia Polona, non promulgata ...
Sancta Sede Apostolica approbatione.*

Et sane Apostolicæ Sedis dignitati convenientius fortasse a Nobis res ... ibi potuisset, suspendendo approbationem Capituli, & promptam ante omnia exigendo Provinciæ Poloniæ obedientiam, eique omnino similem, quam Provincia Lithvaniæ electo Proto-Archimandritæ præstiterat. Verum quum illud Nobis minime suadere possimus, cunctationem hujusmodi originem ducere ex defectu debitæ observantiæ erga Sanctam hanc Sedem; in qua colenda & observanda insignes semper se præbuerunt Polonæ Nationis Alumni; libenti animo adducti sumus, ut intentionem ... tem eorum, qui ita se gesserant, excusatione dignam Nobiscum reputaremus; omnique morositate seposita totius ... disquisitionem aggressi sumus, Congregationes convocavimus, easdemque coram Nobis haberi voluimus, minimeque obstantibus reliquis negotiis & perturbationibus quibus plus æquo undique obruimur, animum ad scribendum appulimus, omnesque Vobis in hac Epistola Resolutiones exposuimus: quas cum prædictæ Congregationis consilio maxime opportunas & necessarias esse judicavimus. Ex quarum resolutionum tenore quum omnes tergiversandi

sandi causæ sublatæ sint, minime dubitamus, quin Provincia Poloniæ id ipsum sequatur, quod jam Lithuana Provincia peregit. Quod si eadem in suscepta obediendi repugnantia perseveraret, non sine magno profecto animi Nostri dolore ad ea Nobis deveniendum esset acriora juris remedia, quæ ab Ecclesiasticis quidem Legibus contra inobedientes districte constituta sunt, sed quæ nunquam a Nobis adhibenda esse speramus contra Religiosos Viros adeo conspicui Ordinis sectatores, aut contra Nationem, quam tanto pietatis studio diligimus, ob præclara ipsius erga Apostolicam Sedem promerita, quorum, ut recentiora omittamus exempla, jam usque a temporibus Prædecessorum Nostrorum Clementis III, Innocentii IV., & Gregorii XI. eximia & nunquam interitura monumenta extiterunt.

Congregationis de Propaganda Fide Præfectus est Ven. Frater Noster Vincentius S. R. E. Cardinalis Petra Episcopus Prænestinus, cujus adeo illustre nomen ubique est ob multa & proficua Opera ab ipso conscripta, & publicis Typis vulgata. Horum vero negotiorum Relator apud ipsam Congregationem est Ven. itidem Frater Noster Petrus Aloysius S. R. E. Cardinalis Carafa Episcopus Albanensis, qui

qui summa diligentia, ac seduło studio atque la o.e eorum seriem tam scripto quam voce digessit, atque explanavit. Hæc Vobis comperta esse volumus, ut intelligeretis, quàm bene rebus Vestris consultum sit, per hujusmodi laudabilium Fratrum Nostrorum industriam atque peritiam; quorum profectò operam in iis, quæ agenda remanent, neque defecturam, neque cessaturam esse, Vobis asserere non dubitamus; ut quum pro reliquis pendentium adhuc rerum definitionibus opportuna a Vobis documenta pro animi Nostri instructione transmissa fuerint, iidem statim Nobiscum agere prætermissuri non sint, ut tanti ponderis operi suprema demum manus imponatur. Nos interim Vobis, quos Paternæ dilectionis affectu complectimur, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die II. Maji MDCCXLIV. Pontificatus Nostri. Anno IV.

Breve Benedicti Papæ XIV. concedens Indulgentiam plenariam omnibus Christi fidelibus, die festo titulari Ecclesiarum O. S. B. M in Lithuania, Russia, & Polonia, nec non septem annorum, & totidem Quadragenarum die festo Visitationis B. V. Mariæ immaculatæ, & festo Protectionis ama 8bris celebrari solito.

BENEDICTUS PP. XIV.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem & Aplicam Benedic: Ad augendam Fideliũ religionẽ, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ Thesauris pia caritate intenti, omnibus & singulis utriusq; Sexus Christi fidelibus vere penitentib9 & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Monachorum Ordinis S. Basilii M. Ritus Rutheni in Lithvania, Russia, & Polonia existentibus die Festo titulari earundem respective Ecclesiarum a primis vesperis usq; ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Stæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionẽ misericorditer in Dno concedimus. Insuper eisdem

dem Xti fidelibus vere pariter pœnitentibus & confessis, ac sacra Communione refectis aliquam ex Ecclesiis hujusmodi die festo Visitationis B. V. M: Immaculatæ, ac die prima Mensis Octobris ut supra visitantibus, & ibidem orantibus, quo die Præfatorum id egerint, septem annos, seu totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consveta relaxamus. Præsentibus ad decennium tantum valituris. Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint: utque præsentium literarum Transumptis, seu exemplis etiā impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis; eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis prasentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub Annulo Piscatoris Die XXV. Febru: MDCCXLVII. Pontifus Nri Anno Septimo.

Gratis pro Deo & Sapra

Pro Dno Cardli Passioneo

Joannes Korius Substitutus.

Bulla

Bulla Benedicti Papæ XIV. Concedens usum Pontificalium, Proto-Archimandritis Congrnis Ruthen: pro tempore existentibus.

Benedictus Episcopus Servus servorū DEI ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Potifex mystici Corporis Christi Visibile Caput, erga universos regulares Ordines, præsertim illos, qui Spiritûs Sancti bonitate in unitate Ecclesiæ existere dignoscuntur, in privilegiis, insignibusq; ornatibus noviter Concedendis peculiari dignatione se exhibet liberalem, quemadmodum arbitratur in Domino salubriter expedire. Sane pro parte Dilecti filii Januarii Znojowski moderni Procuratoris Genrlis Ord: S. B. M. Congr: Ruthen: in Polonia Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Ordo Prædictus per loca Dominio Regis Poloniæ pro tempore existentis subiecta ita se extendit, ut respective in eis Centum septuaginta & ultra Ordinis hujuscemodi Monasteria in Congrtnem unita, suo titulo Congrtnis Ruthenorum; quæ ex duabus Provinciis, unâ videlicet SS. Trinitatis, Lithvaniæ, & altera Protectionis B. V. M. Poloniæ nuncupatis componitur, & quā Fel: record: Urbanus Papa VIII. prædecessor

for noster usq; de anno Dni 1724. seu alio veriori tempore Apostolica auctoritate confirmavit, variisq; suffisit Privilegiis; & novissime nos munifice promovimus, & auximus instituta reperiantur; quorum nonulla abbatialia sunt, eorumq; respective superiores, utpote veri Abbates perpetui usu mitræ & baculi, ac delatione crucis pectoralis, & annuli gaudentes Archimandritæ nuncupantur. Integra vero & tota Congrtio prædicta ab uno pro tempore existente Superiore Generali Proto-Archimandrita nuncupato, Singulis quadriennis ex una & altera provinciis prædictis alternatim eligendo, gubernatur, qui si de Provincia Lithvaniæ fuerit, in Monasterio de Torocania eorundem Ords: & Congr: Kijovien: seu alterius Diecæsis si vero de altera Provincia Poloniæ nuncupata extiterit, in Monasterio de Poczajovia Ord. & Congr: prædictorum Luceorien: Seu alterius diecæsis residere tenetur, expleto autē Quadriennali hujusmodi Gubernio, ad illudmet Monasteriū de Cujus familia extiterit revertitur, cum raro contingat, quod in eodem Monasterio, ubi Superior Gnrlis extitit, permaneat, imo aliquando, de sui persona alicui Monasterio dictorum Ords. & Congr: regulari pro tempore vacanti providetur, vel etiam ipse alicui Cathedrali Ecclesiæ etiam pro tēpore pastoris solatio destitutæ in Eppum præficitur. Et licet Superior Gnrlis pro tempore existens prædictus super Singulis regularibus Monasteriis hujusmodi plenam jurisdictionē exerceat, nihilominus quia prædictorum insignium usu non gaudet, ob id maximum regulari disciplinæ provenit præjudicium, multiq; insurgunt abusus, per quos ipsi Abbates regulares dicti Superioris Generalis regulares vestes debita modestia, pariq; compositione induentis exemplum spernendo vestibus sericis, cruceq; & annulo pretiosis utuntur. Si igitur sicut eadem petitio subjungebat ad præmissis occurrendum, & ne ipse Superior Generalis, qui cæteris Ordinis & Congrnis hujusmodi auctoritate & dignitate præest, iis ornamentis licet externis, quibus alii suæ curæ & regimini concrediti decorantur destitutꝰ remaneat, cuilibet ex pro tempore existentibus Superioribus Generalibus Ordinis & Congrnis prædictorum, donec & quousq; quilibet eorum per Quadriennium prædictum munus Superioris Gnrlis hujusmodi exercuerit, & munere hujusmodi tantum durante infrascriptorum Insignium usus per nos & sedem Alicam benigne, ut infra, concederetur, id profecto regimen dictæ Congrnis vergeret

geret in melius, exortosq; abusus prædictos removeret, & quod potissimum est, conversioni Monachorum Schismaticorum, qui in propinquis Regionibus existentium, qui ex eo, quod ut plurimum ab Abbatibus præ-Infulatis prædicti Ordinis, non tamen prædictæ Congrnis reguntur, Superiori Generali non infulato se subijcere ægro animo sustinent, utiq; prodesset - Quare pro parte dicti Januarii nobis fuit humiliter Supplicatum, quatenus dictæ Congrnis incremento benigne consulere de benignitate Aplca dignaremur - Nos igitur eundem Januarium Specialis gratiæ favore prosequi volentes, ipsumq; Januarium, & illos quorum favorem præsentes concernunt, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pænis, a Jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, horum serie absolventes, & absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, cuilibet ex pro tempore existentibus Superioribus Generalibus Ord: & Congrnis prædictorum, ut eorum quilibet, donec tamen, & quousq; munus Superioris Gnrlis per Quadriennium prædictum exercuerit, & munere hujusmodi

modi tantū durante, & non alias, nec ultra Mitrā, annulo, Cruce pectorali, non tamen pretiosis, baculo pastorali, aliisq; insigniis & indumentis juxta Ritū Ruthenū gestari solitis, tam in de Torokania & de Poczajo via Monasteriorum prædictorum, quam in aliis ejusdē Congrnis & ab ea dependentibꝰ Ecclesiis, inter missarum aliarumq; Ecclesiasticarum functionum: juxta Ritum prædictum fieri solitarum Solemnia, uti, eaq; deferre, & gestare, ac Missas aliasq; functiones hujusmodi cum dicta Mitra solemniter celebrare libere & licite possit & valeat, cum hoc tamen, quod per infra scriptorum insignium hujusmodi concessionem nullum aliud jus vel privilegium intelligatur concessum, quin præservata hinc inde remaneant jura quo ad prætensiones inter V. Fratrē nostrum modernū Archiepiscopum Kijovien: Ritꝰ Græci nationis Ruthenæ totius Russiæ Metropolitanum ac Superiorē Gnrlē, vel alios Ord: & Congrnis hujꝰmodi Monachos nunc & pro tempore respective existentes fortassè ortas & orituras Aplica auctoritate tenore præsentiū concedimus, & indulgemus, ac plenam, liberā, & omnimodam facultatem & potestatem desuper impertimur, nec non quemlibet ex pro tempore existentibus Superioribus Gnrlibus Ord: & Congrnis prædictorum,

munere

munere prædicto tantum, ut præmittitur durante, desuper a quocunquã quavis auctoritate fungente, vel dignitate fulgente sub quovis prætextu, colore, causa, ingenio vel occasione inquietari, perturbari, aut quovis modo impediri nullatenus unquam posse neq; debere, præsentes quoq; ex quocunq; capite, quantumvis juridico & legitimo de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nunquam posse, sed eas semper & perpetuo validas & efficaces fore, & esse, suosq; plenarios & integros effectus sortiri & optinere, nec eas sub quibusvis similium vel dissimilium Gratiarum revocationibus, suspensionibus limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehensas, sed Semper ab illis exceptas esse & fore, ac cuilibet ex Superioribus Generalibus pro tempore existentibus quadriennio prædicto, ut præmittitur tantum durante suffragari, sicq; & non alias per quoscunq; Judices Ordinarios vel Delegatos quavis authoritate fungentes, etiam causarum Palatii Aplci Auditores, ac S. Rom. Ecclesiæ Cardinales, & de latere Legatos Vicelegatos, dictaq; Sedis Nuntios judicari & definiri debere, & quidquid secus

secus super his a quoquã quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari, irritum & inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Aplicis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, universalibusq; Conciliis editis vel edendis specialibus vel Generalibus, nec non Ordinis & Congnis prædictorum etiam juramento, confirmatione Aplca, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consvetudinibus, Privilegiis quoq;, Indultis, & Litteris Aplcis, in contrarium præmissorũ quomodolibet formatis, concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & Singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis eorumq; totis tenoribus Specialis specifica expressã & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quævis alia expressio habenda aut aliqua alia etiã exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi acsi de verbo ad verbũ nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime & plenissime ac specialiter & expresse hac vice duntaxat harum quoq; serie derogamus cæterisq; contrariis quibuscunq;. Nulli ergo

ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationē omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Aplorum ejus, se noverit incursurum. Datt Romæ apud S. Mariam majorem Anno Incarnationis Dnicæ 1751. 17. Calendas Xbris. Pontificatus nostri anno XII.

Breve Benedicti Papæ XIV. Super licite adhibendis a Latinis sacerdotibus Ruthenorum Antimensiis, calicibus, & Vestibus, in Sacrosancto Missæ Sacrificio, & econverso a sacerdotibus Ruthenis, altaribus, Calicibus, & vestibus Latinorum.

BENEDICTUS EPISCOPUS.
Servus Servorum Dei
Ad futuram rei Memoriam.

Imposito Nobis Apostolicæ servitutis Officio convenit Universæ Christi Familiæ toto Terrarum Orbe diffusæ, necessitatibus animum diligenter intendere, maxime vero Fidelium Ecclesiæ Ministrorum in remotis Regionibus, pro animarum salute laborantium preces benigne suscipere, eorumq; oportuno levamini ac Spirituali consolationi etiam per congruæ dispensationis Indulta, prout rerum, locorum & temporum rationes, ac veneranda Majorum Nostrorum exempla suadent, consulere & providere.

Sane dudum dilecti Filii Præsbyteri Latini Ritus Apostolicas Missiones per Russiam Poloniam exercentes Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Ecclesiæ Cardinaliū negotiis Propagandæ Fidei Præpositorum exponi curarunt, quod, quum in tota Russia, ac potissimum in montibus, Pokuciæ in Polonia, in vastissimis Ukrainæ Regionibus, & in universa fere Russia alba nuncupata, frequentes quidem sint Ruthenorum Unitorum Ecclesiæ, rarissimæ vero Latini Ritus, cumq; ipsi pro Missarum Celebratione lapideas sacratas Tabulas, & Calices aureos vel argenteos per longa & difficilia itinera sine gravi incommodo & sine periculo confringendi easdem Tabulas, & Calices, secum deferre non valeant, idcirco nisi facultas ipsis concedatur celebrandi Sacrosanctū Missæ Sacrificium super dictorum Ruthenorum Antimensiis, ut vocant, & calices eorunde e stanno, ut moris apud illos est, confectos adhibendi, necesse ipsis erit ab ejusdem sacrificii celebratione, plerumq; abstinere

abſtinere ; multiq; propterea Latini Ritûs fideles, qui ab Eccleſiis ejuſdem Ritûs longe degunt , Sacerdotis Latini preſentiâ , a quo Sacra Myſteria peragantur eisq; diſtribuantur omnino carebunt , prout re ipſa ſæpe graviſſimo cum animarum detrimento , per plures annos carere dignoſcuntur ; Proindeq; demiſſis precibus poſtularunt , ut ſibi concederetur hujuſmodi facultas Sacroſanctû nempe Miſſæ Sacrificium etiam ſine Lapidea ſacrata Tabula celebrandi , ſuper Antimenſiis Ruthenorum unitorum , atq; in Miſſarum celebrâtione eorundem Ruthenorum ſtanneos calices adhibendi . Cum autem hujuſmodi Miſſionariorum preces a dicta Cardinalium Congregatione Propagandæ fidei negotiis præpoſita alterius Congregationis Venerabilium quoq; Fratrû Noſtrorum Ejuſdem S. R. Eccleſiæ Cardinalium , adverſus Hæreticam pravitatem Generalium Inquiſitorum , examini & judicio , de more remiſſæ fuerint ; & conſequẽter de iis actû fuerit in Conſeſſu corâ nobis habito Die 22. Januarij elapſi Anni MDCCL. Nos tunc ut ad generale reſcriptum ſuper his edendum mature procederemus , quidquid olim in hac materia ab hac eadem Apoſtolica ſede decretum fuiſſet , in unum colligi juſſimus , ac præterea Venerabili Fratri Epiſcopo Zenopolitano

litano , qui tunc opportune in Curia præſens aderat , cuiq; & antea diu in Poloniæ Regni Ditionibus , atq; in Eccleſiaſticis Catholicorum Polonorum Græcorumq; unitorum negotiis Apoſtolicæ ſedi eggregiam operam navando verſatus fuerat , & deinde ad eaſdem Regiones , & ad eoſdem labores laudabiliter proſequendos non obſtantibus Itinerum difficultatibus expenſisq; redire non dubitavit , mandavimus , ut Nos ſuper expoſitorum veritate inſtructos redderet , ſuamq; nobis ſententiã ſuper hujuſmodi poſitis tam voce quam ſcripto aperiret . Nunc vero exhibitis Nobis precedentium decretorum monumentis , iſq; per nos accurate perpenſis abſq; omnibus , quæ in dictis precibus narrata fuerant , præfati Epiſcopi Zenopolitani teſtimonio comprobatis , quum is preterea Nobis retulerit cõplures eſſe in iis Regionibus Præsbyteros Latini Ritus, & quidem Deum timentes , qui in ſupra dictis neceſſitatibus conſtituti minime dubitant ſuper Antimenſiis Græcorum unitorum abſq; lapidea Tabula Miſſarum Sacra facere , ejusdemq; Conſilium fuerit , quod ſcilicet Græcorum Unitorum Præsbyteri , quoties id rerum oportunitas ſuadet, propriis uti Antimenſiis in dictis Miſſarum Sacrificia obeunt ſuper Lapideis Latinorum Tabulis

lis, ita ad constitutam feliciter Unionē, magis magisq; stabiliendā non parum conferret, si Latinis Præsbyteris liberā facultatem concedere, & ubi necessitas sic exigere dignoscatur, deficiente nimirum Altaris Lapidea Tabula Missas celebrare valeant super eorundem Græcorum Unitorū Antimensiis. His omnibus attente perpensis, in hanc deniq; Sententiam devenimus, ut prædictis Sacerdotibus Latini Ritus in Russia Polonica degentibus permitteremus in Ruthenorum Unitorum Ecclesiis, deficientibus lapideis Tabulis de more Consecratis & Calicibus aureis sive argenteis Missarum Sacrificia super eorundem Ruthenorum antimensiis, & cum Calicibus e stanno, qui apud illos in usu, sine ullo conscientiæ scrupulo celebrare.

Porro quod attinet ad Calices stanneos, omissis iis, quæ repeti possent ex priorum Ecclesiæ sæculorum memoria, quum scilicet & lignei & vitrei Calices in Altaris ministerio adhibebantur ut ostensum a Nobis est in Tractatu de Sacrificio Missæ nullum Generale Decretum proferri potest quo vel hodie vetitum sit hujusmodi calicibus e stanno confectis in Missa uti, si Ecclesiam vel Sacerdotum paupertas tanta sit, ut majoris pretii vasa comparari nequeant. Quin imo in Can. ut Calix de consecrat: Distinct: 1ma. Hæc expressa verba leguntur: Si quis autem tam pauper sit, saltem vel stanneum calicem habeat. Et quidem ad comprobandam asserendamq; hujusmodi Ecclesiæ Indulgentiam, plura leguntur apud S. Thomam aliosq; scriptores de hoc disciplinæ Cap. agentes.

Quod vero spectat ad alteram optati Indulti partem, satis quidem constat in Ecclesia Latina nequaquam celebrari posse incruentum Missæ sacrificium, nisi super altari, quod vel totum rite consecratum fuerit vel Saltim super impositum habeat consecratum lapidem, qui tabula altaris nuncupatur, qua etiam de re egimus indicto tractatu de Sacrificio Missæ: in Græca autem Ecclesia hujusmodi sacrati lapides minime sunt in usu, sed ibi a pluribus jam sæculis in more positum est, ut ubi altare solemni consecratione totum dedicatum non fuerit loco lapideæ hujusmodi Tabulæ super altaris mensâ aptetur linteum quoddam episcopali benedictione consecratum, in cujus angulis SS: Reliquiæ reconditæ sunt quodq; vocatur Antimension, & super ipso Sacra Mysteria conficiantur, ut apud authores de rebus Liturgicis tractantes videre licet. Quum vero nunquam Ecclesiæ Latinæ mens fuerit, ut Græcorum Ritus destrueret, quin potius eorū semper con-

ſervationi quantum fas eſſet nec non eorundem apud Græcos fideles obſervantiæ proſpexerit , nunquam proinde Miſſarum Celebrationem, quæ ſuper hujuſmodi Antimenſiis a Græcis Catholicis fit , improbavit , ſed eam , & quidem non in partibus orientis duntaxat, verum etiam inter Italo Græcos permitti expreſſe declaravit , ut videre licet , tum in inſtructione per felic: record: Prædeceſſorem noſtrum Clementem Papam VIII. edita, tum in noſtra Conſtitutione , quæ incipit : Et ſi Paſtoralis .

Quum vero in iis Regionibus , in quibus Italo Græci ſunt , Latini quoque frequentes habitent atque ibidem , tam unius quam alterius Ritus Eccleſiæ adſint , ita ut abſque ullo impedimento , & ſine gravi incommodo unus quiſque Præsbyter proprii Ritus Eccleſiam adire valeat , nulla ſane cauſa eſt obquam Latinis earum partium Præsbyteris permitti debeat , contra Conſtantem Eccleſiæ Latinæ diſciplinam, ſine ſacrata altaris Lapidea Tabula Miſſas celebrare, easque ſuper Græcorum Antimenſiis offerre , quod ipſis proinde in citata Noſtra Conſtitutione vetitutum fuit : Sed aliter ſe res habent , ubi de regionibus agitur , in quibus Latini Præsbyteri ab Eccleſiis Latini Ritus longe degentes ,

quam

quam ſacratas Lapideas Tabulas per longa itinera ſine gravi incommodo , & ſine periculo eas confringendi , ſecum deferri nequeant, vel Miſſæ celebrationem penitus omittere , & ſic Latinos fideles ſine Sacrificio proprii Ritûs , & ſine Myſteriorum participatione relinquere , vel eam ſuper Græcorum Antimenſiis peragere compelluntur . In hujuſmodi rerum circumſtantiis Apoſtolicæ ſedis provida Indulgentia, jam dudum enituit , quum ſcilicet Anno MDCCXX. ad ſupplicationẽ tunc exiſtentis Epiſcopi Vilnenſis , prædictæ Cardinalium Inquiſitorum Generalium Congregationi , hac de re exhibitam , ipſo etiam Prædeceſſore noſtro Clemente Papa VIII. approbante , reſcriptum fuit : Sacerdotes Rutheni non Schiſmatici in Eccleſiis Catholicorum Ritûs Latini , Altaribus Calicibus, & veſtibus ſacris eorundem Catholicorum uti, & miſſam celebrare poſſint in caſu neceſſitatis , ac etiam ſolum devotionis cauſa , dummodo Ritu Rutheno celebrent . Et e contra Sacerdotes Ritus Latini in Eccleſiis Ruthenorum non Schiſmaticorum , altaribus & calicibus , ac veſtibus ſacris uti , & miſſam celebrare valeant , Ritu tamen Latino & prædicta ſerventur ſecluſo omni ſcandalo , & de licentia Prælatorum & Rectorum ipſarum Eccleſiarum ;

No

Nos igitur præmissæ necessitatis intuitu atq; etiam hujusmodi Decreti consideratione adducti, presentium Literarum tenore, atq; ex certa scientia, & Apostolicæ authoritatis plenitudine, salvis præfati Clementis VIII. Nostrisq; super Ritibus Italo Græcorum editis Constitutionibus, & ordinationibus, non modo relatum superius decretum approbamus, & confirmamus, verum etiam præfatis omnibus, Missionariis aliisq; Sacerdotibus Latinis in tota Russia Polonica, nunc & pro tempore commorantibus, ut ipsi & eorum quilibet in Ecclesiis Ruthenorum Unitorum deficientibus Lapideis Altarium Tabulis rite consecratis super sacris eorundem Ruthenorũ Antimensiis Missarum sacrificia celebrare, atq; etiã, ut supra dictũ est in hujusmodi celebratione eorumdem calicibꝰ stanneis, uti libere & licite possint, & valeant, concedimꝰ & indulgemꝰ. Non obstantibus quibusvis Apostolicis seu generalium, seu provincialiũ vel Synodalium Conciliorum contrariis Constitutionibus, & ordinationibꝰ, sive locorum personarum, aut Ordinum statutis, Ritibus, usibus, & consvetudinibus, etiam immemorabilibus ceterisq; in contrarium facientibus quibuscunq;.

Volumus autem, sicut in premisso Decreto expresse cautum reperitur, ut dicti Missiona-

Missionari & sacerdotes Latini etiã quum eos vigore presentis concessionis super Ruthenorum unitorum Antimensiis Missam celebrare contigerit, Latino semper Ritu eadem celebrare teneantur, firma nimirum & in suo robore permanente Apostolica constitutione a fel: rerecordatio: Prædecessore quoq; Nostro S. Pio Papa V. edita, quæ incipit: Providentia Romani Pontificis. per quam omnes facultates & indulta tam Græcis, ut Missas & Divina officia Latino Ritu celebrare possent, quã etiam Latinis concessa, ut eadem Græco Ritu peragere valerent, revocata atq; perpetuo sublata fuerunt, quamq; nos etiã earundem presentium tenore quatenus opus sit dictaq; authoritate confirmamus & innovamus. Volumus insuper, ut iidem presenti Indulto celebrandi seper Græcorum Antimensiis, in predictorum Ruthenorum Ecclesiis duntaxat (quemadmodum etiam in præmisso Decreto legitur) uti & gaudere possint, si vero eosdem in aliqua Latina Ecclesia, seu in domesticis Latinorum Oratoriis, quæ forsan authoritate Apostolica in hujusmodi Latinorum privatis Domibus cum licentia celebrari faciendi, quæ adhuc vigeat, erecta fuerint, Sacrosanctum officium offerre contigerit, illud vel super altari consecrato, vel super Lapidea

Lapidea pariter consecrata tabula, quæ etiā altare portatile appellatur, non autē supe Antimensiis hujusmodi celebrare omnino debeant. Volumus deniq, ut præsentium Literarum exempla etiam impressā publici Notarii subscriptione, & Personæ, in dignitate Ecclesiastica positæ sigillō munita, eadem omnino ac ipsæ Præsentes, ubicunq, opus fuerit, fidem & authoritatem obtineant.

Nulli ergo hominum liceat paginam hanc nostræ Concessionis, Indulti, statuti Decreti, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datt Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCLI. IV. Calendas Aprilis. Pontificatûs nostri Anno XI.

************* ***********

Resolutiones sacræ Congregationis Particularis de Propaganda Fide habitæ coram SSmo Dno Nostro Benedicto Divina Providentia PP: XIV. in Palatio Apostolico Quirinali Die 26. 9bris Anni 1752. super dubijs emergentibus ex Actis capituli Generalis Ordinis S: Basilij Magni Ruthenorum coacti in Civitte Brestæ, Mense Septembris Anni 1752. nec non ex Constitutionibus, seu Decretis in ipso Capitulo conditis;

Dubium 1mū. An Capitulum Generale Brestense Ordinis D Basilij M. Ruthenorum, Electio Proto-Archimandritæ, ejusq officialium constitutiones, & acta, cassari & annullari, aliudq Generale Capitulum extraordinarie convocari & Celebrari debeat? Et quatenus negative.

Resolutio: Ad primum, negative quo ad utramq partem.

Dubium 2. An aliqua in ipso Capitulo acta, & decreta cæteris in robore manentibus, sint emendanda, corrigenda, vel mutanda? Et quatenus affirmative.

Resolutio: Ad secundum. Affirmàtive.

Dubium 3tiū. Ex Sess: Prima: An competat Metropolitano totius Russiæ Ius præsidendi in Capitulis Generalibus Ordinis S. Basilij M. Ruthenorum, & quo Iure? Et quatenus affirmative.

Resolutio: Ad Tertium. Competere Metropolitano Jus præsidendi in Capitulis Generalibus tanquam delegato Apostolico.

Dubium 4tum. Ex eadem Sess: An Metropolitanus legitime impeditus, possit

 aliuin

alium in ſui locum pro præſidentia ſub-
ſtituere ?

Reſolutio : Ad quartum . affirmative, &
Dummodo ſubſtituendum ſit Epiſcopus e-
juſdem Rutheni Ritus .

Dubium 5tum . Ex eadem Seſſ: An
liceat Metropolitano , ſive Protoarchi-
mandritæ, ejusq; Conſultorio conjunctim,
vel ſeparatim, alium Locum a Conſtitut.
in Capitulo Generali Dubnenſi pro Cele-
brandis Capitulis Generalibus deſignare ?

Reſolutio . Ad quintum . Non licere
ſine diſpenſatione Sacræ Congregationis
de propaganda Fide .

Dubium 6tum . Ex Seſſ: 2. num: 3tio.
An liceat Capitulis Generalibus determi-
nare, ut Proto-Archimandrita ejusq; Offi-
ciales protrahant ſuum guberniũ ad octen-
nium, vel iterum tempus gubernij ad qua-
driennium reducere ?

Reſolutio ; Ad Sextum . Licere ſervata
æqualitate temporis in alternativa utri-
usq; Provinciæ .

Dubium 7. Ex eadem Seſſ: 2. Num: 5.
An liceat Capitulis Generalibus conſtituere,
ut loco quatuor Conſultorum , & duorum
Secretariorum Generalium , eligantur de-
inceps duo Conſultores , & duo Secretarii
tantum ?

Reſolutio . Ad Septimum . Licere ,
ſervato

ſervato tamen æquali numero Perſonarum
ex utraq; Provincia .

Dubium : 8. Ex eadem Seſſ: num: 4.
An liceat Conſultoribus & Secretariis Ge-
neralibus non reſidere in Monaſterio , in
quo degit Proto-Archimandrita , ſed in
Monaſterijs viciniorıbus , quibus ipſi præ-
ſunt ?

Reſolutio : Ad Octavum . Non Licere .

Dubium 9. Ex eadem Seſſ Numero 5.
An ſuperioribus Localibus tantum liceat
expetere Viſitationem Proto-Archiman-
dritæ , dum Monaſterium gravatum ſe ſen-
tit a Viſitatione Provincialis ?

Reſolutio : Ad nonum , Licere etiam
Maiori parti Communitatis .

Dubium 10 Ex eadem Seſſ: Num: 6.
An Simplicibus Religioſis a Viſitatione
Provincialis gravatis , liceat non adim-
pletis pænitentiis appellare ad Proto-Ar-
chimandritam ?

Reſolutio : Ad decimum . non licere ,
ſi Pænitentiæ ſint medicinales & correcti-
væ , ſecus ſi ſint graviſſimæ & irrepa-
rabiles .

Dubium 11. Ex eadem Seſſio. Num: 7.
An liceat Provincialibus inconſulto Pro-
to-Archimandrita conſtituere Superiores
locales Monaſteriorum ſuæ Provinciæ ,
illos mutare, vel etiam privare ? Et quate-

nus negative : An teneantur pro omnibus Superioribus constituendis recurrere ad Proto-Archimandritam ? Et quatenus af-firmative : An debeant proponere de-terminatam Personam, quam Proto-Archi-mandrita, non adinvento canonico impe-dimento, approbare teneatur ?

Resolutio : Ad Undecimum, Licere Pro-vincialibus cum suo Consultorio juxta Ca-pitulum Dubnense Sess: 13. Const: 7. Supe-riores seu præsidentes minores mutare ; secus vero quo ad Superiores Monasterio-rum Insigniorum, pro quibus mutandis vel omnino privandis provinciales tenentur recurrere ad Proto-Archimandritam, qui de propositis ab ipso Monachis illud una cum suo Consultorio Generali statuat, quod justitiæ, regulari Observantiæ, atque Mo-nasteriorum utilitati magis consonum vide-bitur. Insigniora verò Monasteria ea omnia reputari debent, quæ jus habent mittendi vocales cum suffragio ad Capitula Genera-lia, & provincialia.

Dubium 12. *Ex eadem Sess: Num:* 9. An liceat capitulis Gorlibus tribuere titulũ per-illustris Proto-Archimandritæ, aliorum Religiosorũ titulos proportionaliter augere ?

Resolutio : Ad Duodecimum. Servari debere quo ad titulos constituta in Capitulo Generali Dubnen: Sess: 13. Const: 9.

Dubium 13. *Ex eadem Sess:* Numero 10. An Monasterium Buczaczense omnino ce-dere debeat provinciæ Polonæ ?

Resolutio. Ad Decimum tertium. D. Nuntius Poloniæ, auditis utriusque Provin-tiæ Provincialibus, ipso Proto-Archi-mandrita, id statuat, quod æquum & utile ipsi videbitur.

Dubium 14. *Ex eadem Sess: & Num :* An expediat concedere Proto-Archiman-dritæ, aliquam prorogationem ad erigen-da quatuor studia in unaquaque Provincia ?

Resolutio. Ad Decimum quartum. Con-cedi posse ad annum.

Dubium 15. *Ex eadem Sess. Numero* 13. An de consensu Proto-Archimandritæ pos-sent Monasteria suos fundos permutare, seu alienare ?

Resolutio : Ad decimum quintum. Non posse sine beneplacito Apostolico.

Dubium 16 *Ex eadem Sess. Numero* 17. An sufficiat, ut Provinciales dent calculum perceptorum ex contributionibus suæ Pro-vinciæ, ipsimet Proto-Archimandritæ ?

Resolutio : Ad Decimum sextum. Non sufficere, sed teneri finito gubernio dare calculum etiam suo Capitulo Provinciali, & etiam Capitulo Generali, si id exigant Partes.

Dubium 17. *Ex eadem Sess. Num:* 18.

An

An arbitrio Provincialium, & Proto-Archimandritæ possint eligi in Superiores iji qui non dum sex annos compleverint in servitio Religionis post expleta studia?

Resolutio. Ad Decimum Septimum. Servetur Sancitum in Capitulo Generali Dubnensi Sess: 13. Const. 18.

Datum Romæ ex ædibus Sæ: Congregationis de Propaganda Fide D. 5. Maij 1753.

S. O. Valenti Præfectus.

Nicolaus Lercarius Secretarius.

Litteræ aplicæ BENEDICTI Papæ XIV. de consensibus ad Prælaturas.

Dilectis Filiis: Proto-Archimandritis, Archimandritis, & Monachis Ordinis S: Basilij Magni Nationis Ruthenæ.

BENEDICTUS PAPA, XIV.

Dilecti Filij, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Inclytum quidem Sancti Basilij Magni Ordinem non minus antiquitate, quam religiosa pietate, Sacra doctrina, disciplinaq; regulari in Catholica Ecclesia commendatissimum, singulari semper, etiam dum in minoribus essemus, studio prosecuti, ex quo ad sublimē sacrosancti Apostolatus cathedrā, meritis licet imparib9, evecti fuimus, non omisimus quam plurimis Apostolicæ auctoritatis, benignitatisq; documentis ornare. Congregationem vero vestram nationis Ruthenæ, quæ ejusdem Sancti Doctoris institutum tanta cum laude, præsertim in florentissimo Poloniæ Regno, & Lithvaniæ Ducatu profitetur, paribus Pontificiæ caritatis, ubi opportuna se se dedit occasio, testimoniis complecti studuimus, fore in Domino confisi, ut vestra Congregatio majori alacritate, & constantia non solum Schismaticis ejusdē Ordinis Basiliani Monachis se se opponeret, verum etiam eosdem ad orthodoxæ fidei sinum allicere, ac perducere adniteretur. Quoniam autē veremur, ne ea in ipsa Congregatione vestra accidere possent, quæ non tam exoptata a nobis religiosarum virtutum incrementa impedire, quam gravia quoq; detrimenta afferre valeant; ea propter haud patimur consentanea Apostolicæ providentiæ, potestatisq; officia a Vobis desiderari. Ac primum quidem vobis notum esse cupimus, Nos, quemadmodum non ignorare consuetudinē illam in Natione Ruthena vigentem, nimirum vacantibus Cathedralibus Ecclesiis, & Archimandriis ejusdem nationis Ruthenæ non præficiendi Antistites

& Archimandritas, nisi solos Monachos ex Ordine vestro professos; ita perspectum habere, tum ipsas Cathedrales Ecclesias ad Regiam Nominationem conferri, tum Archimandrias vel Regiæ Nominationis, vel jurispatronatus nobilium Personarum esse & haberi. Deinde nobis facile persuademus, non aliam fortasse ob causam a Superioribus Congregationis vestræ quartum tribus aliis votis fuisse additum in solemni cujusq; Monachi professione emittendum, ne scilicet quisq; Monachorum Episcopatus vel Archimandrias sibi quomodolibet procuraret, neq; si ad illos, vel illas quomodolibet etiam nominari, vel promoveri contingeret, nisi prius approbationem assensumq; suorum impetrasset, omnino acciperet, quam ut omnis ambitioni occluderetur aditus. Quo firmius præterea ejusmodi a Superioribus vestris statuta quartum votum addendi lex subsisteret: fel: record. Benedicto Papa XIII. Prædecessore nostro. Procurator tunc temporis existens Generalis laudati Ordinis S. Basilij Magni Apostolicas in simili forma Brevis literas die XV. mensis Decembris Anno MDCCXXVIII. hac super re dandas curavit, quarum vigore ad Officia, & Dignitates Monachos omnes memorati Ordinis, qui sine expressa Superioris Generalis

neralis, seu Proto-Archimandritæ pro tempore existentis, & memorati Ordinis consensu sibi ArchiEpiscopatus, Episcopatus, Archimandrias, aut quascunq; alias Dignitates procurarent, eo ipso ad illas inhabiles esse, ac fore declarabatur. Insuper eam profecto, quæ ex statutis, Decretisq; antedictis redundatura reputabatur, utilitatem, & regularis disciplinæ observantiam non solum minime provenisse, ex certis documentis rescivimus; verum etiam maximopere dolemus, duas inde non leves, sed gravissimas ortum habuisse inordinationes. Ac prima quidem, quod Monachi ad Archi-Episcopatus, Episcopatus, & Archimandrias promoveri cupientes, præter illas, quas prius apud eos, qui jus nominandi habebant, ut nominarentur, adhibebant partes, preces, & officia, novis quoq; partibus, precibus, & officiis apud Superiores Ordinis contendunt, ut ab hisce licentiam nova lege præscriptam consequantur: altera vero inordinatio ex prima omnino exsurgit, quod ii, quibus nominandi, sive præsentandi jus inesse non ambigitur, merito queruntur, debitum sibi ejusmodi jus propter novam antedictam legem plurimum imminutum esse; cum ablatam sibi experiantur pristinam libertatem nominandi, sive præsentandi

sentandi ad ArchiEpiscopatus, Episcopatus, & Archimandrias eos Monachos Ordinis vestri professos, quos sibi in Domino existimant benemeritos, atq; idoneos; sed illos duntaxat, qui a Superioribus suis sæpedictam licentiam obtinuissent. Ea propter præcipuum Apostolici ministerij Nostri munus esse intelligimus; non minorem pro recta disciplina a Nobis adhibendam esse curam, quam ut dissensiones maxime omnes auferantur, ut omnia pro æquitate, ac justitia procedant, neq; ullæ prorsus audiantur querimoniæ. Cum autem per Sacros Catholicæ Ecclesiæ Canones satis, superque consultum sit, ut omnis quo ad consequendos ArchiEpiscopatus, Episcopatus, cæterasq; dignitates Ecclesiasticas excludatur ambitus, Statutis, inflictisq; etiam contra ambitiosos pœnis; cupientes Nos omnia, & singula, prout harum præsentium nostrarum in forma Brevis literarũ tenore Apostolica auctoritate nostra reducimus, ad commune jus, Sanctionesq; Canonicas reducere, proinde tenore, & auctoritate paribus, nec non motu proprio, ac certa scientia, & matura deliberatione nostris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus, & singulis statutis, & consuetudinibus antedictis, atq; ipsis memoratis Benedicti Prædecessoris

soris literis derogantes, & derogatum esse declarantes, volumus, & districte mandamq;, ut deinceps id omne unice servetur, & exacte custodiatur, quod per Sacros Canones præscriptum ubiq; debitæ executioni mandatur, nec aliæ pœnæ hac in re locum habeant, quam quæ in ipsis Sacris Canonibus statutæ sunt. (c) Porro Monachis Ordinis vestri professis notum esse volumus, & aperte declaramus (ne sua illos eapropter falsa decipiat opinio) non eam sibi per Nos libertatem restitui, per quam ipsis liceat ad ArchiEpiscopatus, Episcopatus, & quascunque dignitates Ecclesiæ, & Ordinis

(c) *Epistola S.æ Congregationis de Propaganda Fide; ad Rmum Proto-Archimandritam Ruthenorum; suumq; Consultorium.*

Jam pridem hæc S. Congregatio ad Te misit Breve Apostolicum Summi Pontificis, quod incipit: Inclytum quidem S. Basilii M. Ordinem &c. Inde dubium proposuisti, nempe utrum Sanctitas sua dispensaverit Monachos ab eo voto, quod solenniter in Professione emiserunt; minime ambiendi ArchiEpiscopatus & Archimandrias, nec non, an Monachi, qui in Posterum in Ordine Tuo emittent vota Solennia, prædictô voto se obligare debe-

& Ordinis sui niti, & Officiis omnibus contendere, sed potius in memoriam illis revocamus, quod si ambitus ad sæculares etiam dignitates, & honores a civilibus legibus prohibetur Laicis, quanto magis ambitus ad ArchiEpiscopatus, Episcopatusq; & Dignitates Ecclesiasticas prohibitus esse debeat Clericis, & religiosis viris. *Nullus itaq;* (verba sunt Canon: Nullus 1. quæst. 1.) *per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere; nam cū hic excessus in Laica conversatione culpetur, quis putat, quin Religiosis, & Deo servientibus incutiat opprobrium.* Nec obeorum oculos objicere

ant. Itaq; duo potissimum de hujusmodi voto perpendenda sunt, 1mum: ne quisq; Monachorum Episcopatus vel Archimandrias sibi quomodolibet procuraret. 2do ne si ad illos vel illas quomodolibet etiam nominari vel promoveri contingeret, nisi prius approbationem assensumq; suorum Superiorum impetrasset, omnino acciperet. Hac super re Cognitum Tibi perspectumq; est Benedictum XIII. S. M. Pontificem juxta supplicem Libellum Procuratoris Generalis declarasse Monachos omnes Tui Ordinis; qui sine expresso Protoarchimandritæ pro tempore existentis &

objicere omittimus præclara exempla Sanctorum Cypriani, Augustini, Fulgentij, Cæsarij, Epiphanij, Basilij, Gregorij Nazianzeni, Theodoreti, & Joannis Chrysostomi, ut cæteros prætereamus, qui, quamvis meritis eximiis insigniti, tamen tantum abest, ut ad Episcopatum assequendum contenderint, quin omnem imo operam studiumq; adhibuerint, ne vel inviti ad Episcopatum pertraherentur. Neq; unusquisq; ignorare debet, a peccati culpam immune non esse desiderium ipsum Episcopatus; tum quia quamvis desiderium aliis juvandi in his præsertim, quæ ad Deum .unt

ejusdem Ordinis Consensu sibi ArchiEpiscopatus, Episcopatus, & Archimandrias procurarent, eo ipso ad illos inhabiles esse ac fore. Attamen cum ex hoc Sanctitas sua intellexisset, duas inde non leves, sed gravissimas ortum habuisse in ordinationes, quæ recensentur in recenti Apostolico Brevi; ideo statutis & consvetudinibus atq; etiam Benedicti XIII. Literis derogavit, & declaravit derogatum esse, voluit, & districte mandavit, ut deinceps id omne unice servetur, & exacte custodiatur, quod per sacros Canones præceptum ubiq; debitæ executioni manda-

ſunt, & ſalutem animarum, laudabile eſt, & maximopere commendatur; tamen cum hoc idem juvamentũ præſtari non valeat ſine ipſa Epiſcopatûs ſublimitate, ut plurimum ex vitio inſitæ de ſuis viribus præſumptionis ortum habet; tum quia nemo ſe iis virtutibus, quæ ad Epiſcopatûs miniſterium neceſſario requiruntur, ornatum eſſe ſine peccato exiſtimare poteſt, atq; hujuſmodi deſiderium ſemper eſt vitioſum juxta Angelici Doctoris doctrinam 22. quæſt: 185. art:1. in corpore, in Quodlibet: 2. art: 11. in corpore. in quodl. 3. Ar. 9 in Corp. Atq; hæc cõmunis eſt doctrina omniũ eorũ, quos

tur, nec aliæ pœnæ hac in re locum habeant, quam quæ in ipſis ſacris Canonibus ſtatutæ ſunt. Igitur hoc ſolum declaravit, videlicet non opus eſſe in poſterum obtinere aſſenſum Superioris generalis, ſeu Proto-Archimandritæ atq; Ordinis; ut Monachi Epiſcopatus vel Archimandrias accipiant, ſi ad illos vel illas promoveri contingeret. Cæterum iis Literis Sanctiſſimus perſpicue notum eſſe voluit, non eam libertatem reſtitui, per quam Monachis liceat ad ArchiEpiſcopatus Epiſcopatus & quaſcunq; Dignitates Eccleſiæ & Ordinis ſui nitti & oppetis omnibus contendere. Revera

quos retulimus in Tractatu noſtro de Canonizatione Sanctorũ Lib:3.Cap:31. Num 6. & ſeq; . Demum eorundem oculis exponimus auream S. Baſilij Ceſareæ Epiſcopi inclyti Ordinis veſtri Fundatoris doctrinam traditam in conſtitutionibus Monaſticis Cap: 9. Tomi:2.editionis monachi Joannis Garnier. Ceterum, inquit S. Doctor, *nequaquam convenit, ut Aſceta cupiat unqu. ingredi in Clerum* (ecce Epiſcopatûs deſiderium) *aut Fratribus præfici* (ecce deſiderium Archimandriæ) *nam diabolica hæc peſtis eſt, labesq; libidinis dominandi, quæ res* ſummæ

cuinam unquam poteſt in mentem venire, diſpenſatos fuiſſe Monachos per Summum Pontificem a ſolemni voto non ambiendi ejuſmodi Dignitates, ſi paulisper expendat luculenter ſapienterq; in iiſdem Literis Apoſtolicis ambitum merito reprobari, & Authoritate Sacrorum Conciliorum, pluribusq; teſtimoniis & exemplis Sanctorum Patrum Eccleſiæ cum Latinæ tum Græcæ deſumptis omnino damnari? accedit quod ſummus pontifex ne quidem cogitaverit de ejuſmodi voto ſolvendo, cum in Latina ipſa Eccleſia nonnulla inſtituta regularia in Solenni Profeſſione idem votũ

ummæ Diaboli nequitiæ insigne est. Et postquam gravissima ex hujusmodi desiderio provenientia damna explicavit, addit: *Cognito itaq; detrimento, hanc absurdam cupidinem fugiamus:* Deniq; hoc Capitulum hisce absolvit verbis. *Quod si Deus aliquando eligat quempiam ad ejusmodi munera, novit, cum sit industrius ac sagax, quemadmodum etiam ipsum præstiturus sit dignum. Nos autē conscii esse devemus nobismetipsis, nunquam nos aliquid tale appetivisse, neq; ullo modo ejusmodi desiderium in animo habuisse* Nam

---

emittant, idq; sedes Apostolica comprobaverit. Itaq; Sanctitas sua præcepit, votum solemne a Monachis emissum de non ambiendis Dignitatibus tum Ecclesiasticis cum Monasticis inviolabiliter observetur, utq; in posterum, qui ad solemnem Ordinis Tui Professionem admittentur, idem votum emittant. Hæc jussa ejusdem Summi Pontificis ad Te scribenda erant. & me Tuis precibus ex Corde cōmendo. Romæ 25. Augusti 1753. Reverentiæ Tuæ Studiosus S: Card. Valent. Præfectus. Nicolaus Lercarius Secretarius.

Nam & hic animæ morbus gravissimus est & facit, ut a bonis excidamus. Tandem cum Apostolica hujusmodi nostra dispositio, ac Sanctio eorum quoq; jus respiciat, qui ad ArchiEpiscopatus, Episcopatus, & Archimandrias nominandi, vel præsentandi jus quomodolibet habere dignoscuntur, iisdem salutare S. Bernardi monitum inducimus, reputandi nimirum Ecclesiasticis dignitatibus indignum eum, qui vel per se ipsum, vel per alios ad earumdem dignitatum consecutionem se se commendat. *Aiq pro alio, alios forte & pro se rogat, Iro quo rogaris sit suspectus, qui ipse rogat pro se, jam judicatus est.* Verba sunt ejusdē S. Bernardi lib. 4. de consid. Cap 4. quibus apprime consonant verba S. Thomæ Angelici Doctoris 2. 2. quæst. 100. art. 5. ad tertium: *Si vero aliquis pro se rogat, ut obtineat curam animarum, ex ipsa præsumptione redditur indignus.* Postremo addere præstat verba Concilij Triden. Sess. 24. de reformat. Cap. 1. *Omnes vero & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcunq; jus ratione a sede Apostoli a habent, aut aliequin operam suam prestant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere,* quam

quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeat: & si alieris peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint non quia precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestioni ut, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverit.
Hæc ſane ſive ſtatuenda, ſive mandanda, ſive monenda habuimus, decernentes omnia & ſingula in iisdẽ præſentibus noſtris literis contenta, ſemper firma, valida & efficacia exiſtere, & fore, ſuosq; plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere; & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunq; ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere; ſicq; & non aliter præmiſſis per quoſcunq; judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & eorundem Cardinalium Congregationes, nec non ſedis Apoſtolica Nuntios, & quosvis alios quacunq; præeminentia, & poteſtatẽ fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit

gerit attentari. Non obſtantibus præfatis Benedicti Prædeceſſoris noſtri literis, & quibuscunq; ſtatutis, & Decretis in contrarium præmiſſorum in Conciliis, & Synodis nationis Ruthenæ forſan editis, & Ordinis veſtri etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoq;, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæterisq; contrariis quibuscunq;. Volumus autem, ut earundẽ præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillô Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ iiſdem Præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Interim vobis, Dilecti Filij, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud *S.am* Mariã Majorẽ ſub annulo Piſcatoris Die XII. Aprilis MDCCLIII.

Pontificatûs noſtri Anno Decimo tertio.
Cajetanus Amatus.

Breve Benedicti Papæ XIV. Concedens Sacerdotibus, tam Regularibus, quam ſæcularibus ad altare S. P. Baſilij in Eccleſiis O. S. B. M. Congreg: Ruth: jam erectum, vel in poſterum erigendum celebrantibus, pro anima cujuſcunq; Chriſti fidelis gratiam applicandi eidem indulgentiam plenariam.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuã rei memoriã Omniũ Saluti Paterna charitate intenti ſacra interdũ loco Spiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animæ, Domini noſtri Jesu Chriſti, ejusque Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adjutæ ex Purgatorii pænis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeant. Volentes igitur omnes & ſingulas Eccleſias tam erectas, quam in poſterum erigendas Monachorum Ordinis Sancti Baſilii Magni Congregationis Ruthenæ nuncupatæ, & in qualibet ex dictis Eccleſiis Altare ejusdem Sancti Baſilii erectum, ſive erigendum, hoc ſpeciali dono illuſtrare, auctoritate Nobis à Domino tradita, ac de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum, ejus auctoritate confiſi, ſupplicationibus quoque dilecti Filii Baſilii Boſchowich moderni Procuratoris generalis dictæ Congregationis nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, ut quandocunque Sacerdos aliquis Sæcularis, vel cujusvis Ordinis Congregationis, & Inſtituti, Regularis, Sacroſanctũ Miſſæ Sacrificium pro anima cujuscunque Chriſti fidelis, quæ Deo in Charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad prædictum Sancti Baſilii Altare celebrabit, anima ipſa de Theſauro Eccleſiæ permodum ſuffragii indulgentiam conſequatur; ita ut ejusdem Domini Noſtri Jesu Chriſti, ac Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragantibus, a Purgatorii pænis liberetur, concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibꝰ non obſtantibus quibuscunque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præſentium literarũ tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii Publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem

sub annulo Piscatoris, Die v. Februarii MDCCLIV. Pontificatus Nostri Anno XIV.

(LS)

Pro Domino Cardinali Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Breve Benedicti Papæ XIV. concedens sacerdotibus O. S. B. M. Congregationis Ruthenorum pro Eorum religiosis FF: & FF. defunctis in Ecclesiis Congregationis prædictæ ex præscripto suarum constitutionum celebrantibus, gratiam applicandi iisdem defunctis indulgentiam plenariæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum, sicut dilectus Filius Basilius Boschowich modernus Procurator Generalis O. S. B. M. Congregationis Ruthenorum nuncupatæ, nobis nuper exponi fecit, per statuta Ejusdem Congregationis præscriptum reperiatur, ut post obitum cujuscunque Monachi Presbyteri, vel Clerici, aut Laici Ejusdem Congregationis, aliquot Missæ in Suffragium dicti Monachi defuncti celebrari debeant, vel soleant, dictusque Procurator Generalis Missas prædictas Cælestium munerum, quorum dispensationem Fidei nostræ

nostræ credidit altissimus elargitione a nobis condecorare plurimum desideret. Nos piis Ejusdem Basilii Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententijs, censuris & pænis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel Causa latis, si quibus quomodolibet Innodatus existet, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut quandocunque Sacerdos aliquis ejusdem Congregationis vel in die obitus prædictorum Monachorum, vel in alio die Sacrosanctum Missæ sacrificium ad quodcunque altare Ecclesiarū Congregationis præfatæ tam hactenus erectarū, quam in posterum erigendarū, juxta numerum per statuta hujusmodi præscriptū pro illorum animabus, quæ Deo in Charitate conjunctæ, ab hac luce migraverint, celebrabit Missæ sacrificium, hujus modi animæ, pro quo celebratum fuerit, perinde Suffragetur, acsi ad Altare privilegiatum fuisset Celebratū Authoritate Apostolica tenore præsentiū Concedimus & indulgemus. Non obstantibus quatenus opus sit, nostra &

 Cancellariæ

Cancellariæ Apostolicæ Regula, de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisq; constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunq; præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarij Publici subscriptis, & Sygillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus Fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datt Romæ - apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die 5ta Febr. 1754. Pontificatus nostri Anno 14. Pro Domino Cardinali Passioneo Joannes Florius Substitutus.

Decretum Sæ Congregationis Generalis de propaganda fide habitæ Die 21 April: 1755.

Cum a Patre Proto-Archimandrita Congregationis Ruthenæ Monachorum Ordinis S. Basilij Magni proposita fuerint sequentia dubia videlicet: *1mo* An Literæ obedientiales Superioribus Monasteriorum insigniorum a Proto-Archimandrita vel potius a Provincialibus extradi debeant? *2do* An religiosi extra Limites Provinciarum eggredientes licentiam habere debeant a Proto-Archimandrita vel a suis Provincialib9? Sacra Congregatio referente Eminentissimo & Reverendissimo Domino Cardinali Antonio Andrea Galli respondit *ad 1mum*: Superioribus insigniorum Monasteriorum obedientiales extradendas esse a Provincialibus, Eis tamen per integrum Mensem extradere, aut negligentibus, aut recusantibus, extradendas tunc esse a Proto-Archimandrita. *ad 2dū*. Requiri licentiam Proto-Archimandritæ, ut Religiosi eggredi possint Limites Regni Poloniæ & Magni Duccatus Lith: Datt: Romæ Die & Anno quibus supra S. C. Valenti mmpp. N. Archi-Eppus Rhodienen: Secretarius.

BENEDICTI PAPÆ XIV.

Literæ Apostolicæ.

Quibus definitur Autoritas, tum Metropolitani Nationis Ruthenorum, tum Proto-Archimandritæ O. S. B. M. ejusdem Nationis, in Abbates Seu Archimandritas Monasteriorum Ipsius Ordinis, Aliaq; ad hujusmodi Abbates & Monachos Ruthenos pertinentia, opportune statuuntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Super familiam Domini Cælestis Patris Ordinatione constituti ad omnes Natio-

nes & Gentes, quæ Catholica Societate continentur Sollicitudinis Nostræ curas extendimus, quaque ad Religionis ac Fidei puritatem, & Ecclesiasticæ disciplinæ integritatem ubique servandam, pro diversa Regionum opportunitate, magis proficua fore prospicimus, ea peculiari studio fovere, &, quantum in Nobis est augere, ac promovere non prætermittimus. Quapropter quum satis compertum habeamus, ordinem Monachorum S. Basilij Magni apud inclytam Ruthenorum Nationem, jam pridem Catholicæ Romanæ Ecclesiæ inviolabili unitatis fædere junctam Spiritualibus Ecclesiarum, & Populorum utilitatibus eximiam operam assiduosque labores, & antea semper impendisse, & adhuc laudabiliter impendere Officii nostri partes esse duximus, ad ea per quæ ordo ipse in proprio instituto firmius consistere, ac etiam felicioribus in dies incrementis augescere valeat, animum nostrum intendere, comparatisque necessariis rerum notionibus ac sæpius auditis tum Ven. Fratrum nostrorum S: R E Cardinalium, tum aliorum Sedis Apostolicæ ministrorum consiliis, complura decrevimus, & constituimus quæ ad prædicti ordinis, ejusque Provinciarum ac Monasteriorum perpetuam stabilitatem, & ordinatam tranquillitatem, nec non

non ad definienda & asserenda ejusdem Superiorum jura, & Monachorum regimen ac disciplinam, magis opportuna fore, & in Domino salubriter expedire judicavimus.

Jam enim, usque ab Anno Domini 1744. pluribus præhabitis Consultationibus, editæ a nobis fuerunt Litteræ Apostolicæ, quibus initium est: *Inter plures*, impressæ deinde in Bullarij Nostri Tom. 1. Num: 98. quibus potissimum unio Monasteriorum omnium prædicti Or: S. Basilij M. Ruthenorum, tam in Lithvania, quam in Polonia, seu Russia, existentium, in unam Congregationem ex duabus Provincijs coalescentem, de qua unione inter ipsius Ordinis Archimandritas & Professores convenerat, per nos approbata & confirmata fuit: Cumque Superiore Anno 1743. habitum fuisset in Civitate Dubnensi Generale Ejusdem Ordinis Capitulum sub præsidentia Ven: Fratris Athanasij totius Russiæ Metropolitani assistente etiam in eo Ven: quoque Fratre Georgio Episcopo Zenopolitano, quem tunc existens noster, & Apostolicæ Sedis Nuntius in Poloniæ Regno constitutus, ad id subdelegaverat; hujusmodi Capituli Generalis deliberationes, atque decreta diligenter expensa, ac per supradictas Litteras Nostras partim approbata & confirmata, partim

partim temperata & reformata fuerunt. Quum vero in deciſa tunc temporis relicta fuerit quæſtio, utrum Abbates ſeu Archimandritæ Monaſteriorum prædicti Ordinis, juriſdictioni Metropolitani, an potius ProtoArchimandritæ totius Congregationis, immediate ſubjecti eſſe deberent; Propterea quod opportuna documenta ad eam quæſtionem dirimendam nondum allata fuerant, exhibita nobis poſtmodum hujuſmodi documentorum ſerie, una cum copioſis allegationibus, quibus una quæq; ex contendentibus partibus rationes & jura ſua fuſe deduxit, tandem Die 23. 9bris elapſi Anni 1755. coacta tunc coram Nobis nonullorum Ven. Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Congregatio, cui etiam intereſſe voluimus Ven. Fratres Albericum Archi-Epiſcopum Nicænum Almæ Urbis Gubernatorem, [illegible] Apoſtolici. Nuntij munere in præfato Poloniæ Regno plures Annos laudabiliter perfunctus eſt, ac prædictum Georgium olim Epiſcopum Zenopolitanum, nunc autem Theodoſiæ Archi-Epiſcopum: Quorum omnium Sententijs auditis non ſolum definita fuit quæſtio jam dudum pendens utrum nimirum Abbates immediatæ Metropolitani vel potius Proto-Archimandritæ Jurisdictioni ſubeſſe debeant, opportuno

quodam

quodam inito temperamento, quo & Regularis diſciplinæ conſervationi proſpiciatur, & minime recedatur ab obſequio ac dependentia, quam Ordo S. Baſilij Magni Ruthenorum erga propriæ Nationis Metropolitanum innumeris, atq; ſolemnibus actibus ſemper profeſſus eſt: verum etiam alia condita fuerunt decreta, ad conſulendum animarum Saluti earumq; Spirituali Curæ & ad Divinum cultum promovendū, ut ex inferius afferendis perſpectum fiet, maxime idonea.

Primo itaq; definitum atq; decretum fuit, Abbates ſeu Archimandritas Monaſteriorum præfatæ Congregationis immediatæ Jurisdictioni Proto-Archimandritæ pro tempore exiſtentes ſubeſſe debere, ita tamen ut unusquisq; Eorum Inſtitutionem quidem a Metropolitano, Inſtallationem vero a Proto-Archimandrita ſuſcipere teneatur, Obedientiæ autem Iuramentum in Metropolitani manibus præſtent, Cujus quidem juramenti formula ita concepta ſit, ut relationem habeat ad omnia jura, conſtitutiones & decreta ab Apoſtolica Sede emanata, & ſignanter ad ea, quæ in præcitatis, quarum initium eſt: *Inter plures*, & in præſentibus Noſtris Litteris continentur.

Secundo Statutum eſt, ut prædicti Abbates, ſeu Archimandritæ, in poſterum tam in

Pre-

Provincialibus suarum respective Provinciarum, quam etiam in Generalibus universæ Congregationis Capitulis, activi & passivi Suffragii jure fruantur, servatis tamen ac religiose impletis iis, quæ circa Vocalium numerum decreta fuerunt in sæpe dicta Epistola: *Inter plures*, ita videlicet, ut in designato hujusmodi numero Abbates Ipsi includantur. Tertio decretum fuit, Proto-Archimandritæ licitum fore, Abbates Regulares seu Archimandritas Monasteriorum præfatæ Congregationis visitare, atq; etiam eos in actu visitationis hujusmodi, quoties id exigat Monasteriorum utilitas, ab Officio suspendere: reservato tamen suspensis jure appellandi in devolutivo ad Metropolitanum, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum; ac etiam appellandi in suspensivo ad eumdem, si forte Proto-Archimandrita in præfata Visitatione ad alias pœnas Corporis afflictivas, aut infamiam irrogantes contra prædictos Abbates processerit.

Quarto si extra Visitationis actum Proto-Archimandrita procedere velit adversus dictos Abbates in causis gravioribus & personalium criminum, quæ ex juris præscripto depositionis pœna, vel alia Corporis afflictiva, aut infamiam irrogante, punienda essent; decretum fuit, id aliter ab eo præstari non posse, quam legitimo processu efformato & una cum Consultorio suo, collatis sententijs statuendo quidquid in Causa decernendum & pronunciandum existimaverit; Ab illius autem sententia licitum & integrum fore, appellationem etiam in suspensivo interponere ad prædictum Metropolitanum, tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum.

Quinto permissum fuit Monachis quibuscumq;, si forte gravamen sibi aliquod a Proto-Archimandrita illatum fuisse contendant, recursum habere ad Metropolitanum, tanquam prædictæ Sedis Delegatum, salva tamen semper Apostolicæ Nuntiaturæ ejusdemq; Sedis Authoritate.

His autem adjecta sunt alia Decreta, quæ animarum Christi fidelium Salutem, eorumq; spiritualem Curam concernunt: quibus edicendis occasionem & causam id præbuit, quod Nobis & Apostolicæ sedi innotuit sæpe contingere, ut propter penuriam Sacerdotum Secularium Ritûs Græco-Rutheni, necessario cogantur ejusdem Nationis Episcopi, Monachos prædicti Ordinis ad gerendam animarum curã evocare; ac etiam aliquando nonullos ex iis ad inserviendum Ecclesiis Cathedralib; accersere. Quod itaq; Spectat ad Monachos animarum regimini præponendos, decretum

decretum fuit, ut, quoties e clero Sæculari Sacerdotes ad id muneris idonei vera deficiant, non omittant Episco... rem cum Proto-Archimandrita commun... care, & cum Ipso agere, quo ... Monachos concedi obtineant, qui in regi... mine & administratione Ecclesiarum, ... cura imminet animarum, defectum su... Sæcularium Sacerdotum, utq; hujusmodi Monachi, in exercitio muneris sui ... crediti, Episcopis Ipsis subjecti esse de... beant, eisque rationem reddere de injuncti sibi Officii administratione: ita ut quicum... Regulares ad animarũ curam, & Sacramen... torũ Administrationẽ, ut supra, assum... fuerint, in iis, quæ ad utrumq; hujusmodi Ministerium pertinent, immediatæ Eporum jurisdictioni, visitationi, & correcti... subesse debeant; Nunquã vero animarũ cura... suscipere possint, nisi antea opportunã ... rundẽ Episcoporũ approbationem obtinu... rint, quam quidẽ hi, prævio eorũ exami... circa idoneitatem, si id necessarium ... expediens esse judicaverint, ipsis ela... gientur. Si autem aliquos ex Monach... ad inserviendum Ecclesiis Cathedralibus assumi contingat, hos etiam decretum fuit, in iis, quæ Ecclesiarum hujusmodi servitium, Divinumq; Cultum respiciunt, prædictorum Episcoporum jurisdictioni subesse

subesse debere.

Quas quidem omnes Resolutiones ut supra, captas, nos tunc approbavimus; & nunc iterum, prævia confirmatione supra citatæ Constitutionis Nostræ: *Inter plures*, quo ad ea omnia, quæ iisdem resolutionibus hucusq; relatis contraria non sunt, præsentium Litterarum Nostrarum tenore, eas approbamus, & confirmamus, atq; omnimodæ executioni mandari volumus & statuimus.

Quum vero post præmissarum quæstionum examen, atq; definitionem, expositum nobis fuerit, nonulla exstare Monasteria, gubernari olim solita per Abbates, qui inibi ad nominationem Charissimi in Christo Filij Nostri Poloniæ Regis, Magni Ducis Lithvaniæ pro tempore existentis, seu etiam aliorum inferiorum Patronorum, constituebantur; eaq; nunc a Superioribus, & Monachis Provinciæ Lithvaniæ, in Simplices Superioratus conversa fuisse; Nobisq; proinde supplicatũ fuerit, ut hujusmodi Monasteria in pristinam Abbatiarum dignitatem restitui, ac debita Patronatus Jura super illis, tum Regiæ Majestati, tum alijs inferioribus Patronis illæsa manere juberemus; Providentes præterea, ut quoties hujusmodi Abbatias vacare contingat, earum administratio

stratio

ſtratio ad Metropolitanũ deferatur, seu ad Ordinarium Loci, in cujus Diœceſis finibus Monaſteria ipſa Conſiſtunt, donec legitima per Patronos præſentatio expleta fuerit; Nos, qui ex una parte certam atq; diſtinctam de præmiſſis ſcientiam non habemus, ex alia vero promptos atq; paratos nos eſſe profitemur ad Jus ſuum unicuiq; reddendum; omnibus & ſingulis, qui in hujusmodi negotio jus aliquod ſibi competere, ſeu quavis ratione id ſua intereſſe putabant, denunciamus, ac reſpective injungimus, ut fundamenta Jurium, quæ ſuper qualibet ex ſupra dictis Abbatijs ſibi aſſerunt, Noſtro & Apoſtolicæ Sedis Nuntio diſtinctim exhibeant: eidem vero nunc & pro tempore exiſtenti Apoſtolico Nuntio committimus, ut monumenta omnia, quæ tum ab iis, qui hujusmodi Monaſteriorum Patronatum ſibi vindicare intendant, tum ab aliis, qui corundem libertatem propugnare conentur, ſibi fuerint exhibita, ad Nos, & Sedẽ Applicam tranſmittat, ut, omnibus viſis atq; perpenſis, ſive a Nobis, ſive a Succeſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus, tam circa aſſerta nominandi ſeu præſentandi jura, quam ſuper vacantium hujusmodi Abbatiarum, & Monaſteriorum adminiſtratione, prout juſtum fuerit, definiatur, & opportune provideatur.

Volumus

Volumus autem, ut præſentium Litterarum exemplis, etiam typis impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique, in judicio & extra illud adhibeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, die 30. Martii MDCCLVI. Pontificatus Noſtri Anno XVI.

****

Breve Benedicti Papæ XIV. concedens Indulgentiam plenariam omnibus Xti fidelibus Eccleſias Monachorum O. S. Baſilii M. Congregationis Ruthenorum Die Feſto S. Onuphrii viſitantibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Univerſis Chriſti Fidelibus præſentes Literas inſpecturis Salutem & Apoſtolicam Benedictionẽ. Ad augendam Fideliũ Religionem, & animarum ſalutem Cæleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti Fidelibus vere pænitentibus, & confeſſis, ac Sancta Communione refectis, qui aliquam ex Eccleſiis Monachorum Or: S. Baſilii M. Ritus Rutheni in Polonia & Lith-

Lithvania existentibus Die Festo S. Onuphrii a primis Vesperis usque ad occasum solis Diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad Decennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint, utque præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die XV. Maij MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

pro Dno Card: Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Breve Benedicti Papæ XIV. concedens Indulgentiam plenariam omnibus Christi fidelibus Ecclesias Monachorũ O. S. B. M. in Polonia & Lithvania existentes Die 16 Mensis 7bris Visitantibus.

BENEDICTUS. PAPA XIV.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis Salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusq; sexus Christi fidelibus vere pænitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Monachorum Or. S. B. M. Ritus Rutheni in Polonia, & Lithvania existentibus, Die 16. Mensis Septembris a primis vesperis, usq; ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, Præsentibus ad decennium tantum valituris. Volumus autem, ut, si pro impetratione,

præſentatione, admiſſione ſeu publicatione præſentium aliquid vel minimum detur, aut ſponte oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint. Utque præſentium Literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhiberetur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam majorem ſub annulo Piſcatoris Die XIV. Julii MDCCLVI. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſexto.

Pro Domino Card: Paſſioneo
Joannes Florius Subſtitutus

Decretum Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitæ 24
Maij 1757.

Referente Eminentiſſimo Domino Cardinali Galli infra ſcripta dubia, quæ fuerunt ad ſacram Congregationem tranſmiſſa a P. Proto-Archimandrita Ordinis Sancti Baſilij Magni Nationis Ruthenorum. *1mum.* Cum Reverendiſſimus Dominus Metropolita totius Ruſſiæ Reverendiſſimum Dominum Cæſarium Stebnowſki Abbatem Onuphrienſem in Archi-Epiſcopatum Smolenſcenſem

lenſcenſem, Cujus Diœceſis in partibus Moſcoviticis exiſtit, Conſecraverit, an recte ei pro ipſius manutentione dictam Abbatiam Onuphrienſem contulerit, atque aſſignaverit. *2dum.* An valida ſit nominatio Patris Maxymiliani Rylło ad Abbatias trium Monaſteriorum, quæ jure fundationis a ſimplicibus Monachis gubernari debent. *3tium.* An conveniat ut Abbatiæ Epiſcopis conferantur. *4tum.* In Abbatiis quæ conferuntur Epiſcopis, cui immediate ſubijci & parere debent Monachi. *5tum.* In iiſdem Abbatiis an expediat ut diviſio Bonorum inter Menſam Abbatialem, & Menſam Conventualem, ſeu potius ut Epiſcopi Abbates Bona Abbatiæ retinentes certam annuæ pecuniæ quantitem pro Monachorum & Eccleſiæ manutentione perſolvant, aut e diverſo, ut ipſi Monachi Bona Abbatiarum adminiſtrantes certam penſionem Epiſcopis Abbatibus quotannis pendant. *6tum.* Si autem Epiſcopis Abbatibus bonorum Abbatialium adminiſtratio relinquatur, viſitatio dictorum Bonorum ad quem pertineat? *7mum.* An liceat Metropolitano pro ſuo libitu Monachos ad Abbatias vel mere Titulares vel ſuppreſſas promovere. *8vum.* An eidem liceat, Abbatibus jam a ſe inſtitutis vel per ſe vel per Delegatum Inſtallationem

nem concedere, vel quomodocunq; in jure Installationis se ingerere? *9num.* Quid vero de Installatione Episcoporum, quibus nonunquam Abbatiæ conferuntur. *10mum.* Quid tandem de Abbatibus ab una ad aliã Abbatiam translatis. *11mum.* An cum sola licentia Proto-Archimandritæ expediat, ut unius Monasterii Abbas ad aliam transferatur Abbatiam. *12mum.* Quâ formula Abbates, dum instituuntur, in manibus Metropolitæ, obedientiæ juramentum præstare debeant. *13tium.* Qui sint Abbates qui in Capitulis Generalibus & Provincialibus ad præscriptum Decretalis: *Super familiam:* voce tam activa, quam passiva gaudere debeant, & qui admissis Abbatibus de numero quadragenario vocalium, quem transcendere prohibet dicta Decretalis, excludendi sint. *14tum.* An Abbatibus in actis Monasticis præcedere debeant Consultoria Generalia & Provincialia. *15tum.* An liceat Proto-Archimandritæ edere in Secretaria Apostolicæ nunciaturæ jura ac Instrumenta & scripturas super Monasteriis, quæ jure fundationis Abbatialia esse non debent, vel quæ per Regni vel aliorum Patronorum privilegia ad simplices Superioratus redacta sunt, vel quæ ruinâ vel hostili incursu & occupatione, vel alio casu deperdita sunt, & titularia duntaxat existunt:

Responderunt Emmi Patres.

Ad 1mum. Archi-Episcopũ Smolenscensem non esse inquietandum. *Ad 2dum.* Dilata attentis Literis Apostolicis super familiã § Cum vero. *Ad 3tium.* Dilata. *Ad 4tũ.* In Monasteriis Abbatiarum, quæ Episcopis collatæ sunt, Proto-Archimandrita deputet de more Vicarium, qui omnimodam jurisdictionem quo ad Monachos, & interius Monasterii regimen obtineat, quam Episcopis Abbatibus nullo modo impedire vel decretorum executionem retardare liceat. *Ad 5tum.* Ad mentem: mens autem est, ut Proto-Archimandrita cum aula Regia aliisq; Abbatiarum Patronis negotium tractet, & priusquam conventio seu compositio stipuletur, referat ad Sacram Congregationem. *Ad 6tum.* Servetur Constitutio Sanctissimi Dni Nostri: Inter plures: § Hæc nimirum. *Ad 7mum.* Audiendus Metropolitanus ac interim abstineat omnino a collatione Abbatiarum sive mere Titularium, sive suppressarum, & in illis solis Monasteriis instituat Abbates, in quibus tempore promulgatæ Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri, quæ incipit: *Inter plures:* extabant in pacifica possessione Abbates, donec juxta præscripta in altera

 Decretali

Decretali: *Super familiam:* § Cum vero
de earum legitimo jure a S. ſede pronun-
tietur. *Ad 8vum.* Quandocunque alicui
Monaſterio jure ordinario, vel delegato
præficiendus eſt Abbas, Inſtitutionem ad
Metropolitam, inſtallationem veró juxta
præſcripta in Decretali: Super familiam.
§ 1mo. Itaque ad Proto-Archimandritam
pertinere. Exhibeatur autem Sæ. Congre-
gationi exemplar formulæ Inſtituti nu
Abbatibus præberi ſolitæ per Rmum Me-
tropolitanum, ut ad tollendas omnes con-
troverſias per eandem S. Congre-
gationem approbari poſſit. *Ad 9num.*
Uti ad 8vum. Hoc addito ut per Procu-
ratorem inſtallationem petere valeant.
Ad 10mum. Similiter ut ad 8vum, dum-
modo translationes legitimo jure fiant.
Ad 11mum. Proto-Archimandritæ nullum
jus competere; ſive concedendi, ſive
negandi translationes Abbatum. *Ad* ſa:
Abbates juramentum obedientiæ in manibus
Metropolitani præſtare debere ſecundum
præſcripta in Decretali Sanctiſſimi Domini
Noſtri: Super familiam. § 1mo. *Itaque*
& ad removendas omnes Controverſias
exemplar formulæ hujuſmodi juramenti
ſimiliter exhibeatur Sæ. Congregationi,
ut ab eá recenſeri & approbari valeat.
Ad 13tium. Proto-Archimandrita, ac Con-
ſultoria

ſultoria Generalia & Provincialia nullique
ex Abbatibus ad tramitē Decretalis: Super
familiam: § Statutum eſt e numero Vocaliū
excludendi ſunt. Ne tamen augeatur nume-
rus 40. Vocalium in Apoſtolicis literis
præfinitus, deliberent inter ſe, qui ſint ex
eorum numero expungendi, & deinde Sæ
Congregationi referant, ut eorum deli-
beratio examinari & apptobari poſſit.
Ad 14tum Ad mentem: mens autem eſt,
ut hujusmodi ordo in Seſſionibus ſervetur,
nempe: Poſt Metropolitam ſeu Ejus dele-
gatum quoties aderunt, ſedeant 1mo. loco
Proto-Archimandrita, ſive ejus viceſge-
rens, aut Delegatus. Ad dextram Proto-
Archimandritæ ſive Ejus Delegati aut Vi-
ceſgerentis ſedeant omnes Abbates juxta
ſuam antianitatem, & ad ſiniſtram omnia
Conſultoria juxta ſuum gradum, deinde
hinc inde cæteri vocales unusquisque pro ſuo
gradu & dignitate, quod etiam ſervetur
& in ſubſcriptionibus. Cum autem erunt
colligenda ſuffragia duplicem Scrutatores
adhibeant urnam, & ſimul eodemque tem-
pore tam a dextris quam a ſiniſtris ſuf-
fragia colligant. Collectaque in unam ante
quos de jure vas effundant, illaque miſce-
ant, deinde enumerent ſuffragia. Si autem
ſententiæ, in publicis Seſſionibus vóce
vel ſcripto dici deneant, tunc poſt Proto-
Archi-

Archimandritam vel ejus Delegatum, primus ex Abbatibus sententiam ferat seu loquatur. 2do. Primus ex Constituentibus Consultoria. 3tio. Secundus ex Abbatibus. 4to. Loco alter ex constituentibus Consultoria, & sic alternatim ad finem usq. Ad 15tum. Utatur jure suo juxta præscripta in Decretali: Super familiam: § Cum vero. Datum Romæ Die 27. Augusti Anno, quo supra.

J. Card: Spinelli Præfectus.
N. Antonellus Secretarius.

Decretum Sæ Congregationis Generalis de propaganda fide habitæ Die 20. Febr: 1758. in qua proposita fuerunt sequentia dubia.

1mo. An ad Congressus seu actus Episcoporum, quos Hierarchicos vocant, in quibus interesse debent Abbates, vocari debeat etiam Proto-Archimandrita. *2do.* An convocatio Abbatum fieri debeat immediate ab Archi-Episcopo Metropolitano vel potius per medium Proto-Archimandritæ. *Ad 1mum:* Affirmative. *Ad 2dū.* Abbates convocandos esse per Metropolitanum, certiorato tamen prius Proto-Archimandrita.

Decretū Sacræ Congrnis Generalis de Propag: Fide habitæ Die 30. Apr: 1759.

Proponente Emmo & Reverendissimo Domino Cardinali Galli dubia sequentia a Proto. Archimandrita, aliisq; Superioribus Ordinis S. Basilij M. Congregationis Ruthenorum ad S. Congregationem transmissa videlicet. *1mo* Utrum approbandus sit Cathalogus vocalium Capituli Generalis, qui a præfatis Superioribus ex mandato Sacræ Congregationis confectus est, & eidem Sæ Congregationi exhibitus. *2do.* Utrum Patri Proto-Archimandritæ una cum Consultoribus Generalibus & Provincialibus concedenda sit facultas transferendi vocalitatem in prædicto Cathalogo uni Monasterio concessam ad aliud Monasterium in casu quo prius Monasterium deterioretur, aliud vero pinguescat. *3tio.* An cum a Monacho aliqua possideatur Abbatia, ipse Abbas tantum, non autem Vicarius Monasterii Abbatialis: & viceversa, an cum aliqua Abbatia ab Episcopo possideatur, Vicarius tantum illius Monasterij Abbatialis non autem Abbas Episcopus pro vocali habendus sit. *4to.* An si unus ex Vocalibus Capitulo non interveniat, possit alius ejusdem Provinciæ in absentis locū subrogari, an vero Capitulo dimittendus sit unus alterius Provinciæ.

5to. Utrum providendum sit, ne ullus Monachus ad Abbatias merè Titulares Trocensem & Caniovensem promoveatur, *6to.* Qui votorum numerus requiratur, ut legitima & Canonica sit Electio Superioris Generalis, Provincialium, & Consultorum tam Generalium, quam Provincialium. *7mo.* Quâ formulâ juramentum obedientiæ in Manibus Metropolitani præstare debeant Abbates, cum ab ipso Benedictionem & Institutionem accipiunt? Quâ item formulâ à Metropolitano concedendæ sint Literæ testimoniales Benedictionis, & Institutionis, quibus Abbates pro Installatione ad Proto-Archimandritam transmittuntur. *8vo.* An cavendum sit, ne Pater Procurator Generalis aliusvè Superior sine consensu Proto-Archimandritæ & Beneplacito Apostolico ære alieno grevet hospitium SS. *Sergij & Bacchi in Urb:*

Emmi Patres rescribendum censuerunt.

Ad 1mum. Eos omnes & solos Vocales esse debere in proximo futuro Capitulo Generali, qui in prædicto cathalogo recensentur. Pro aliis autem post illud futuris Capitulis Generalibus ab Ipso proxime celebrando Capitulo Generali ejusdē Cathalogi approbationem esse requirendam. *Ad 2dum.* Recurrant

currant in Casibus particularibus. *Ad 3tiū.* Affirmative quo ad utramq; partem. *Ad 4tum.* Non licere Vocalibus abesse a Capitulo, nisi Canonico aliquo interveniente impedimento. Quod si accidet & per tempus liceat, tunc a Consultorio Provinciæ illius, cujus Vocalis absfuerit, alius loco illius subrogetur. Sin minus nullus subrogetur, nullusq; a Capitulo dimittatur. *Ad 5tum.* Standum esse in Decisis sub Die 24. Maij 1757. *Ad 6tum.* Ad legitimam & Canonicam electionem requiri numerum votorum in eandem Consentientium supra medietatem. Qui numerus si obtineri non potuerit in primo scrutinio, statim fiat secundum; & si neq; in secundo, statim fiat tertium: si vero neq; in tertio scrutinio; tunc immediate procedatur ad quartum; in quo tamen vocem passivam illi duo tantum habere possint, qui in præcedenti tertio scrutinio plura præ cæteris vota habuerint; ita ut eorum alteruter necessario eligi debeat. In Casu autem paritatis Votorum, quæ forte contingat in hoc quarto scrutinio, Metropolitanus, vel qui Ejus Nomine Capitulo præsidet, votum suum alterutri, quem in Domino magis idoneum judicaverit, adijciat, & is pro legitimè & Canonicè electo ab omnibus habeatur. *Ad 7mum.* Standum esse

esse formulis juramenti & Literarum, quæ ab Emmo Præfecto, & a R. P. D. Secretario subscriptæ una cum his Decretis transmittentur. *Ad 8vum.* Affirmative, hancq; legem per eundem R. P. D. Secretarium esse Patri Procuratori Generali significandam. Datum Romæ ex ædibus Ejusdem Sæ Congregationis, Die & Anno quibus supra. J. Card. Spinellus præfectus. N. Antonellus Secretarius.

Formula juramenti obedientiæ abbatibus præstandi in manibus R. P. D. Metropolitani.

Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sa. R. Ecclesia utitur; videlicet: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, Factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium, & in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de Cælis & incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est; crucifixus etiam pro Nobis sub Pontio Pilato

Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioq; procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas; Et unam Sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorũ, & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi Amen.

Credo etiam, suscipio, atq; profiteor omnia, quæ Sacra æcumenica Synodus Florentina super unione Occidentalis & Orientalis Ecclesiæ definivit & declaravit, videlicet: quod Spiritus Sanctus a Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumq; esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex utroq; æternaliter tanquam ab uno principio & unica spiratione procedit. Cum id quod Sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendat, ut per hoc significetur Filium quoq; esse secundum Græcos quidem Causam, secundum Latinos vero Principium subsistentiæ Spiritus Sancti, sicut & Patrem

& Patrem . Cumq; omnia , quæ Patris sunt Ipse Pater Unigenito Filio suo gignendo dederit, præter esse Patrem , hoc ipsum quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio , ipse Filius a Patre æternaliter habet , a quo æternaliter etiam genitus est , illamq; verborum illorum: *Filioq;* explicationem veritatis declarandæ gratiâ , & imminente tunc necessitate , licite ac rationabiliter Symbolo fuisse appositam . Item in asymo sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici : Sacerdotesq; in altero ipsum Domini Corpus conficere debere , unumquemq; scilicet juxta suæ Ecclesiæ sive Occidentalis sive Orientalis consuetudinem . Item si vere Pænitentes in Dei charitate decesserint , antequam dignis pænitentiæ fructibus de commissis satisfecerint , & omissis eorum animas pænis Purgatorij post mortem purgari : & ut a pænis hujusmodi releventur , prodesse eis Fidelium vivorum suffragia , missarum scilicet sacrificia , orationes , & Eleemosinas , & alia pietatis officia , quæ a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiæ instituta . Illorumq; animas , qui post Baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt , illas etiam , quæ post contractam peccati maculam vel in suis

suis corporibus , vel eisdem exutæ corporibus , prout superius dictum est , sunt purgatæ , in cælum mox recipi , & intueri clare Ipsum Deum Trinum & unum sicut est , pro meritorum tamen diversitate alius alio perfectius . Illorum autem animas , qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt , mox in infernum descendere , pænis tamen disparibus puniendas . Item Sanctam Apostolicam Sedem & Romanum Pontificem in Universum Orbem tenere Primatum, & ipsum Pontificem Romanum Successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, & Verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ Caput , & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere , & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi universalē Ecclesiam a Domino Nostro JESU Christo plenam potestatem traditam esse , quemadmodum etiam in actis æcumenicorum Conciliorum , & in sacris Canonibus continetur . Insuper profiteor ac recipio alia omnia , quæ ex Decretis Sacræ æcumenicæ Generalis Synodi Tridentinæ sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, etiam ultra contenta in supradicto Fidei Symbolo profitenda ac recipienda proposuit atq; præscripsit , ut sequitur . Apostolicas & Ecclesiasticas Traditiones , reliquasq; ejusdem Ecclesiæ

 observa-

observationes & Constitutiones firmissime admitto & amplector. Item sacram scripturam juxta eum sensum quem tenuit & tenet Sancta Mater Ecclesia, cujus est indicare de vero sensu & interpretatione sacrarum scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi juxta unanimem consensum Patrum accipiam & interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere & proprie Sacramenta novæ legis a Jesu Christo Dno Nostro instituta ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pænitentiam, extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemni administratione recipio & admitto. Omnia & singula, quæ de peccato originali, de justificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri DEO verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis & defunctus, atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse vere, realiter, & substantialiter Corpus & Sanguinem una cum anima & divinitate Domini Nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius Substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinē, quam conversionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat. Fateor sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas Fidelium suffragiis juvari, similiter & Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmissime assero Imagines Christi ac Deiparæ semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano Populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem & Magistram agnosco, Romanoque Pontifici B. Petri Apostolorum Principis Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiā spondeo ac juro. Cætera item omnia a Sacris Canonibus & æcumenicis Conciliis, ac præcipue a Sacrosancta Tridentina Synodo

nodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atq; profiteor, simulq; contraria omnia & Schismata, atq; hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas & rejectas, & anathematizatas ego pariter damno, reijcio, anathematizo, & abjuro. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor & veraciter teneo, eandem integram & inviolatam usq; ad extremum vitæ Spiritum constantissime Deo adjuvante retinere & confiteri, atq; a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Insuper Romano Pontifici B. Petri Principis Apostolorum Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Promitto etiam & juro debitam obedientiam D. meo & Sæ. Sedis Apostolicæ gratia totius Russiæ Metropolitano NN. & Successoribus ejus Sæ. Sedi Apostolicæ & Pontifici Romano obedientibus, secundum omnia jura, Constitutiones, & Decreta Sæ. Sedis Apostolicæ, & juxta præscripta in Literis fel: recor: Benedicti XIV. incipientibus -- Inter plures -- & Super familiam -- vocatus ad Synodum a D. meo Metropolita veniam, nisi præpeditus fuero Canonica præpeditione. Bona

Bona seu Possesiones ad Monasterium meũ pertinentes non vendam, non donabo, neq; impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Conventus Monasterij mei, inconsulto Romano Pontifice: & si ad aliquam alienationem devenero, pænas in Apostolicis Constitutionibus contentas eo ipso incurrere volo: imo Bona dispersa & a Monasterio quovis modo illegitime avulsa recuperare conabor. sic me Deus adjuvet & hoc S. Dei Evangelium N. I. Cardinal. Spinellus Præfectus. N. Antonellus Secr.

Formula Literarum Testimonialium Benedictionis & Institutionis, quibus Abbates pro Installatione ad Proto-Archimandritam transmitti debent.

NN. Dei & Apostolicæ Sedis Gratia totius Russiæ Metropolitanus &c. Universis & singulis quorum interest præsentes Literas Nostras lecturis, visuris, aut audituris, præcipue vero Reverendissimo in Christo Patri NN. Congregationis Ruthenorum Ord. S. Basilij M. Proto-Archimandritæ Salutem in Domino. Noverit Reverendissima Paternitas Vestra, quia Nos ad Abbatiam N. post mortem (vel renuntiationem, vel depositionem &c. prout casus tulerit vacationis) NN. illius ultimi & immediati Abbatis vacantem Reverendissimum

dissimum in Christo Patrem NN. Ordinis S. Basilij M. Presbyterum Professum a NN. præfatæ Abbatiæ legitimo Patrono & Collatore Nobis præsentatum in Ecclesia Nostra NN. servatis de jure servandis, ac præmissa per Ipsum juxta præscripta Sacrorum Canonum, & Pontificalis Fidei Catholicæ professione, tum juramento de eadem Fide tenenda & observanda, ac quod summis Pontificibus Romanis Nobisq; & Successoribus Nostris legitimis veram, secundum omnia jura, Constitutiones, & Decreta Sæ. Sedis Apostolicæ, & juxta præscripta in Literis fel: recor: BENEDICTI XIV. obedientiam perpetuo servaturus, nec Bona dictæ Abbatiæ infeudaturus, imo pro posse alienata recuperaturus sit; in Abbatem N. benediximus, Baculum Pastoralem Ipsi tradendo, Infulam Capiti ejus subharrando, ac pectus cruce decorando, eundem ad præfatam Abbatiam N. instituimus, & per positionem in Faldistorio inthronizavimus. Quapropter Reverendissimam Paternitatē Vestram tenore præsentium requirimus, quatenus sive per se, sive per alium sibi bene visum ad Monasterium N. conscendat, dictum Reverendissimum NN. in Abbatiam N. installet, eundemq; in Actualem realem & Corporalem dictæ Abbatiæ omniumq; Bonorum ejus possessionem introducat & intromittat, omnibusq; ad eandem Abbatiam spectantibus subditis, quatenus eidem debitam subjectionem & obedientiam sub pænis a Canonico Jure præscriptis præstent, injungat & demandet: omnia ibidem a Te Acta ad Nos, Curiamq; Nostram transmittat. In quorum fidem &c. I. Card. Spinellus Præfectus. N. Antonellus Secretarius.

Breve Clementis Papæ XIII. concedens omnibus Christi fidelibus Ecclesiam SS. Petri & Pauli Brestæ O. S. B. M. Congregationis Ruthenorum, aut alias ejusdem ordinis & Congregationis sub tempus Generalis capituli visitantibus Indulgentiam plenariā semel duntaxat consequendā.

CLEMENS PAPA, XIII.

Universis Christi fidelibq præsentes literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum sicut accepimq Capitulum Generale Monachorum Ordinis Sancti Basilij Magni Congregationis Ruthenorum in Ecclesia Monasterii SS. Petri, & Pauli Apostolorum Ordinis, & Congregationis hujusmodi, Oppidi Civitatis nuncupatæ Brestensis Luceoriensis Diæcesis, die

die decimasexta Mensis Septembris benedicente Domino celebrandum sit, Nos ut opus tam pium majori cum fructu fiat, & ad augendam fidelium religionem & animarum Salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti omnibus utriusque sexûs Christi fidelibus vere Pœniten: & confessis, ac Sacrâ Communione refectis, qui prædictam, vel aliquam ex Ecclesiis Monasteriorum Ordinis & Congregationis hujusmodi ubicunque existen: die, quo inchoabitur Capitulum Generale hujusmodi, ac Singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenaria semel duntaxat omnium peccatorum Suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus Præsentibus post celebrationem dicti Capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint. Utque præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Procuratoris generalis dictæ Congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam majorem sub annulo Piscatoris Die XXX. Junii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro Domino Card: Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Decretum Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitæ Die XI. Julii 1763.

Relatis ab Emo & Reverendissimo Domino Cardinali Galli ponente Constitutionibus editis in Capitulo Generali Brestensi Ord: S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Ano 1759. celebrato, Emi PP. censuerunt, ut eædem Constitutiones (quemadmodum ipsarum numero 28. statutum fuit) postquam ab electis duodecim Monachis ad perfectionem redactæ, atq; in unum corpus collectæ fuerint, in proximo Capitulo Generali iterum expendantur & confirmentur, ac tunc pro impetranda Sedis Apostolicæ approbatione ad S. Congregationem remittantur. Interim decrevere

decrevêre, ut hujusmodi Constitutiones usq; ad Capitulum Generale observentur paucis duntaxat exceptis, in quibus S. Congregatio aliquid duxit aut declarandum, aut addendum, aut improbandum, videlicet.

Ad numerum 2. deleri mandavit hæc Verba: *Nisi de numero Consultorum Generalium* congregatis *Patribus in futuris deinceps Capitulis* pro *meliori* bono *ordinis* aliter statuere visum fuerit. Non enim placuit præfixum Consultorum Generalium numerum augeri, neq; id licere voluit ipsis Copitulo Generali.

Ad num: 5. Ubi præscribitur formula juramenti præstandi a Proto-Archimandrita post sui electionem, censuit præter Constitutionẽ fel: recordat: Benedicti XIV. Inter plures, aliam quoq; exprimendam esse quæ incipit *Super Familiam*.

Ad num. 6. Cum in Sequenti num: Septimo Consultoribus, ac Secretariis Ordinis tribuatur jus suffragii decisivi, congruum visum est, ut & ipsi in suo juramento promittant omnimodam obedientiã Sedi Apostolicæ, secundum omnia jura, Constitutiones, ac Decreta ab eadem Sede Apostolica lata, ac juxta præscripta in literis fel: record: Benedicti XIV. Decretalibus, quarum initium est. Inter plures: & Super Familiam.

Ad num: 8. Exortam quæstionem utrum Secretarii Provinciarum jurati esse deberant, iterum in proximo Capitulo generali discuti, & per Suffragia Secreta definiri mandavit. Imo hoc ipsum generatim statuendum censuit, ut quæcunq; in Capitulis generalibus quæstiones enascantur, semper per Suffragia Secreta definiantur, præsertim si de iis agatur, quæ in Legem & constitutionem transire debeant.

Ad num: 13. Circa limites Provinciarũ & Monasteria ad unamquamq; provinciam pertinentia respondit: servari oportere Decreta Fel. Rec. Benedicti XIV. eaq; de re scribendum esse juxta mentem Æ. P. D. Nuncio Aplico.

Ad num: 21. Jussit, ut quantitas taxarum a singulis Monasteriis ad Massam Communem transmittendarum determinetur in proximis Capitulis Provincialibus.

Ad num: 22. Nimis dura visa est lex, qua generatim omnibꝰ, qui a studiis revertuntur, interdicitur promotio ad officia & dignitates; idcirco ulteriori explicatione indigere, antequam probetur. Quod vero attinet ad facultates Missionariorum, servanda esse respondit decreta Summorum Pontificum, & S. Congregationis, præsertim lata Sub: Die 2. Junii 1760.

Ad

Ad num. 23. Servari voluit, quod aliis statutum est, ut nempe Cathalogus Vocalium, qui interesse debent futuris Capitulis Generalibus, ita mature ad S. Congregationem transmittatur, ut examinari, probariq, ac si quæ forte occurrant difficultates definiri, & de medio tolli possint.

Ad num: 26. Circa promovendos ad prælaturas vacantes dixit Servandam in omnibus esse Constitutionem fel: record: Benedicti XIV. quæ incipit *Inclytum quia.*

Ad num: 32. Probavit ambiendos non esse Sacros Ordines ab iis, qui mechanicam artem profitentur, sed de ea re votum ab ipsis exigi non probavit. Addendum præterea censuit, ut nemo ad Professione expleto Novitiatu admittatur, nisi ad consensum Provincialis consensus quoq accedat Capituli Conventualis per Secreta Suffragia exquirendus.

Ad num: 34. Excitatam Controversiam de Sacrista SS. Sergii & Bacchi de Urbe ad proximum Capitulum Generale per Secreta Suffragia definiendam remisit.

Ad ultimum: Seu ad instantiam pro restitutione Monasteriorum, respondit, Servandas esse Constitutiones Apostolicas. Datum Romæ ex ædibus S: Congregationis Die 30. Julii Anno 1763.

Joseph M. Card: Castelli Præf:
M. Marefuscus Secretarius.

Breve Clementis Papæ XIII. concedens indulgentiam plenariã, iis qui missionibus per PP. O. S. B. M. faciendis adfuerint.

CLEMENS PAPA XIII.

Universis Christi fidelibus præsentes Literas inspecturis salutem & Apostolicã Benedictionem. Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse nos voluit Altissimus, cum ad Catholicæ Religionis incrementum, & animarum salutem profuturos speramus, libenter elargimur. Cum itamq, sicut accepimus nonulli Monachi Ordinis Sancti Basilii Magni Congregationis Ruthenæ de Ordinariorũ, & Superiorum licentia, in diversas Poloniæ, aliasq Septemtrionales Provincias ad procurandam Fidelium Salutem mitti soleant: Nos eorundem Monachorum pietatem, illorumq ad quos ipsi mittuntur, devotionem confovere, atq augere cupientes; Omnibus & singulis Monachis prædictis, ac aliis utriusq sexus Christi fidelibus, ad quos mittendi accesserint, nostram & Apostolicam Benedictionem per præsentes impertimur: iisdemq vere pœnitentibus & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui pro Sæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christiano-

rum

rum unionē ; Infidelium conversione , hæresum extirpatione, prout unicuiq; suggeret devotio , pias ad Deum preces effuderint. Plenariam una vice dumtaxat tempore uniuscujusq; Missionis omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionē misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad decennium tantum valituris. * * Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione , admissione seu publicatione

** Josaphat Siedlecki Ordinis S. Basilii M. Abbas Ovrucensis , Superior Trocinciæ Polonæ humillimus Sanctitatis Vestræ Orator cum profundissimo obsequio exponit se habere & non pauca Monasteria , quibus ex mente Fundatorum annexa est obligatio absolvendi Missiones ; & conspicuum numorum Religiosorum qui ut pote in Collegiis Pontificiis educati , Personalem ejusmodi obligationem contraxerint; cui ut rite satisfiat, Orator providit dicta Monasteria de Personis idoneis , tam ad actuale exercitium Missionum non nullos deputando , quam in casū necessitatis substituendos assignando. Cum autem , Sancte Pater, dicti Religiosi ad hujusmodi Exercitium non sint provisi necessarijs gratiis , hinc humillimus

tione præsentium aliquid vel minimum detur , aut sponte oblatum recipiatur , Præsentes nullæ sint ; utq; præsentium Literarum transumptis , seu exemplis etiam

Orator Supplicat pro gratia benedicendi Coronas, & numismata cum applicatione Indulgentiarum Divæ Birgidæ, atq; pro Facultate ad finem Missionum erigendi Crucē Solemni ritu Quam Gratiam Deus &c. &c.

Ex audientia SSmi Die 30. Septembris 1766. SSmus Dominus Noster Clemens PP. XIII. Universis utriusq; Sexus Christi Fidelibus vere pænitentibus confessis , ac Sacra Communione refectis , qui sacris Missionibus ab unoquoq; ex enumeratis Religiosis ad id munus deputatis de licentia Ordinariorum peragendis devote interfuerint , in ultimo Missionis Indulgentiam Plenariam benigne Concessit ; ac insuper unicuiq; eorundem Religiosorum Facultatem benedicendi Quingenta Sacra Numismata, eisq; applicandi Indulgentiā Plenariam in articulo mortis lucrandā , in actuali tantummodo Sacrarum Missionum Exercitio clementer elargitus est , voluitq; Eadem Sanctitas sua hujusmodi

etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat Romæ apud Sm Mariam Majorem sub annulo piscatoris Die IV. Januarii MDCCLXVI: Pontificatus nostri Anno Octavo.

Gratis pro Deo & scriptura

Jl Card: Antonellus

---

gratias eisdem Religiosis ad sacras missiones peragendas deputatis, & pro tempore deputandis attento onere perpetuo de quo in precibus, absq. ulla Brevis expeditione Perpetuis futuris temporibus fore valituras. Datum Romæ ex Secretaria Sacræ Congregationis Indulgentiarum Die 3. Octobris 1766. S. Borgia Sacræ Congregationis Indulgentiarum Secret:



Decretum Sæ Congregnis de pro: fide habitæ 24. 7bris 1764.

Relata per Emum & Rdissimum Dnum D. Cardinalem Galli ponentem controversias inter R. P. D. Heraclium Lisanski Archi-Episcopum Smolę: & Monasterij Onufreię: abbatem ex una, & P. Proto-Archimandritam O. S. B. M. ex altera partibus, super spolio, seu bonis relictis a bon: mem: D: Cæsario Stebnowski Archi-Episcopo Smolę: & ejusdem monasterij Abbate antecessore, nec non in medium adductis utriusq rationibus, ac momentis, simul cum informatione ac voto R. P. D. Archi-Episcopi Ephesini in Regno Poloniæ Nuncij Aplici. Emmi P. P. censuerunt, prædictum spolium in casu, de quo agitur, applicandum esse commodo monasterii ipsius onuphrejensis & presertim in ejus, & Ecclesiæ reædificationem, prætereaq scribendum esse D. Nuncio Aplico præfato juxta mentem. Dat Romæ ex ædibus dictæ Sæ Congregationis, die & anno, quibus supra.

Ioseph Maria Cardlis Castelli Præfectus.

Decretum Sæ Congregationis Generalis de propaganda Fide habitæ die 1ma 7bris Anno 1766.

Propofitis ab Eminentiffimo & Reverendiffimo Domino Cardinali Ganganello ponente infra fcriptis dubiis & poftulatis P. Proto-Archimandritæ Ordinis Sancti Bafilii Magni Congregationis Ruthenorum videlicet.

I. An folus Proto-Archimandrita debeat proponere fuo Confultorio Generali Candidatos in fuperiores ad infigniora Monafteria, vel potius Provinciales, aut Confultores Ordinis debeant proponere tales Candidatos, ut de propofitis Proto-Archimandrita cum fuo Confultorio generali eligat, quem magis idoneum in Domino judicaverit?

II. An debeant proponi á quo de jure Candidati plures ad dicta Monafteria, & quot, vel etiam fufficiat proponere unum, quem non adinvento Canonico impedimento Proto-Archimandrita & fuum Confultorium Grle debeat eligere?

III. Suppofito quod plures proponi debeant Candidati ad dictos prioratus, an de propofitis debeat fieri electio per vota fecreta, vel in voce?

IV. An cafu, quo duo infigniora Monafteria vacaverint, vel duorum fuperiorum mutatione opus fuerit, debeant proponi ad unum quodq; dictorum monafteriorum plures Candidati diverfi, vel potius ad unum monafterium duntaxat plures proponantur candidati, poftquam vero ex propofitis fuerit facta electio unius in fuperiorē ad unum dictorum monafteriorum, in fecunda electione fuperioris facienda ad aliud monafterium debeat fieri fubftitutio unius folum candidati, & reliqui ex propofitis in prima candidatione iterum reproponantur ad obfervandum numerum proponendorum?

V. In Conftitutionibus Generalibus editis in Capitulo Dubnenfi & Breftenfi, quæ Sæ hujus Congregationis Decretis confirmata fuere, ftatutum legitur, ut confultores generales refidere debeant ad latus Proto-Archimandritæ; ftatutū præterea, ut Proto-Archimandrita, quo tempore e Provincia Lithvana affumitur, Torocaniis, quando vero ex altera, in Poczajovienfi refideat Monafterio, ut in præfenti turno contingit. Sed cum Poczajovienfe Monafterium, ubi nunc temporis refidet Proto-Archimandrita, non modica indigeat reparatione, nec propterea capax fit fuftentandi eos monachos, quos hucusq; fuftentare consveverat, hinc humillime fupplicat

cat, ut prædicti Consultores a residentia in eodem monasterio dispensentur, quousque hujusmodi reparatio perficiatur, manendo nihilominus, quo ad fieri potest in vicinioribus monasteris, ut facile ad consilium vocati convenire possint.

VI. Præterea idem Proto-Archimandrita universæ congregationis nomine supplicat ut libertas augendi numerum definitorum generalium, alias ab EE VV. denegata, in Capitulo Generali benignissime restituatur saltem pro casu divisionis faciendæ inter Provincias, de qua .pote ad religionis perfectionis incrementum, & meliorem ordinem constabiliendum maxime accommodata, Congregationis suæ Alumni cogitare pergunt.

VII. Demum ut Religiosi ad labores fervent bentius capessendos excitentur, & ad coercendam in inferioribus ambitionem, & in superioribus Parsonarũ acceptationem, idem P. Proto-Archimandrita totius Ordinis nomine supplicat pro confirmatione legis jam editæ in tribus Capitulis Generalibus, sed non per omnia ab hac Sa Congregatione probatæ, ut scilicet Monachi ad superioratus, atq; Officia ordinis, ac Provincia rum promoveri minime possint, nisi per sex saltem Annos post exacta studia, sive docendo,

docendo, sive prædicando, sive missiones exercendo, sive alio quovis modo fructuose laboraverit.

Eminentissimi Patres *Ad primum* Dubium rescripserunt, quod in casu mutationis, vel privationis superiorum Monasteriorum insign.u.n, juxta declarat.onem Congrgtionis Particularis die 19. Novembris 1752 habitæ, Provinciales recurrere teneantur ad Proto-Archimandritam, ut de Monachis propositis ab ipso Proto-Archimandrita suo consultorio Generali, illud cum eodem consultorio statuat, quod justitiæ, regulari observantiæ, atq; monasteriorum utilitati magis consonum videbitur.

Ad II. III. & IV. Provisum in Primo.

Ad V. & VI. Decreverunt quod proponi debeant excutienda in proximo capitulo Generali, ea lege, ut quod resolutum fuerit, ad Sm Congregationem postea tralmittatur, ut ab eadem, quod factu opus fuerit, defin atur.

Quo ad VII. Reproponatur in eodem Capitulo Generali, modo ut supra, sub aliquo temperamento.



PARS

PARS III.

Przywiley Władysława Iagiellowicza na wszelkie wolności, ucalenie praw Duchownych, y porownanie Duchowieństwa Ruskiego z Łacińskim.

W Imie Pańskie, Amen.

Nawieczną rzeczy Pamiątkę &c: My Władysław z łaski Bożey Węgierski, Polski, Dalmatski, Kroatski, Ramski, Serbski, Ralcki, Słowacki, Halicki, y Kumański, &c. Krol. A Ziem, Krakowskiey, Sędomierskiey, Łęczyckiey, Kuiawskiey, Litewskiey, Xiąże Naywyższe: Pomorskiey y Ruskiey Ziemie, Pan y Dziedyić, &c Oznaymuiemy Tym Listem Naszym, komu należy, wszytkim będącym, ktorzy ten List Nasz czytać będą &c. &c. Ponieważ tedy za Sprawą łaskawości Ducha S. Cerkiew Wschodnia, to iest Nabożeństwa Greckiego y Ruskgiego, ktora, (ach!) przez długi czas, w nierowności iakieyś, y w rozerwaniu Wiary S. y Boskich Sakramentow, nie bez szkody zbawienia Dusz, od Uniey S. Rzymskiey Cerkwie, być się zdała, y ktorą Unią Oycowie nasi, y owstem wszytko Katholickie Pospolstwo, czasow na-

ſzych pragnęło widzieć: Teraz już z ło-
tości Pańſkiey, Dekretami Nayświę-
ſzego Pana Eugeniuſza Naſzego, Papie-
Czwartego, y innych bardzo wielu O-
cow, Wiary Swiętey zelatorow abo gor-
liwych Miłośnikow, z ſamą Swiętą Rzym-
ſką y powſzechną Cerkwią, przywiedzion-
ień do Jedyńſtwa, dawno pożądan-
Uniey; Przeto aby ſama Cerkiew W...
dnia, y Prałaci, y wſzyſcy Duchowni
tegoż Nabożeńſtwa Greckiego y Ruſk-
go, w ſzyrokości Panſtw naſzych Paro...
niu naſzemu podległych, wſzędzie będą...
ktorzy przedtym, gdy ſiła taka nie...
wność, y rozerwanie, nieiaką depr...
albo poniżenie cierpieli, przywrociwſzy
im wolność, Boſkiey Chwały uprzey...
pilnować mogli, y Zbawiciela naſz go P...
ſkawości za zbawienie Duſz wiernych...
za Swiętey Wiary ſtanu zachowanie w ...
kości pokoiu, większą gromadą, ...
ſię mogli, ku czci y chwale Boga Wſzech-
mogącego, ktory nas ſwą naydroższą Krwią
odkupił, wſzytkim Cerkwiom y Biſku-
pom ich, albo Władykom, Prałatom
Duchowieńſtwu y inſzym oſobom Cer-
kiewnym, tegoż Nabożeńſtwa Greckie-
go, y Ruſkiego, te wſzytkie Prawa
wolności, ſwobody, zwyczaie, y ...
body wſzytkie, zdało ſię nam aby ...

im wiecżnie nadali, iakoż tym Liſtem
nadaiemy, iak ch wſzytkie Cerkwie Kro-
lestw Naſzych Polſkiego, y Węgierſkiego
&c. y onych że Arcybiſkupi, Biſkupi
Prałaci, y iu ſze oſoby Cerkiewnego zwy-
czaiu zażywaią, y onym ſię ſzczycą.
Chcemy nadto, iakoż tym Liſtem Stano-
wiemy, aby od tąd żaden z Dignitarzow,
Staroſtow, Urzędnikow Ziemſkich, y
innych poddanych naſzych, ktoregoż kol-
wiek ſtanu, abo kondycyi będzie, a oſo-
bliwie Kroleſtwa naſzego, Polſkiego prze-
rzeczeni, a mianowicie Ziem naſzych Ru-
ſkiey, Podolſkiey, y inſzych, przyle-
głych, w Juriſdikciey przerzeczonych Bi-
ſkupow, Władykow, y Prałatow tegoż
Greckiego, y Ruſkiego Nabożeńſtwa,
ale ani w Sądach Kapłanow albo Plebanow
ich, y owſzem ani w ſprawach Małżeń-
ſtwa y rozwodow na potym nie trudnił,
iakimże kolwiek ſpoſobem, nie maiąc
względu na żaden zwyczay, ktory był
dotąd chowany, iakożkolwiek przeciwny
w Ziemiach wzwyż pomienionych; Ktemu
aby ciż Biſkupi abo Władykowie, y inni
Prałaci, y Duchowne oſoby, nie raz po-
mienieni, Nabożeńſtwa Ruſkiego, iakim
życiem y dochodami opatrzeni tym ſpo-
ſobniey Pana Boga chwalić mogli, onym
y Cerkwiom ich wſzytkim, w naſzych

pańſtwach, gdziekolwiek będącym, wſzyſtkie wſi, y maiętności, wſzytkie pod iakimże kolwiek. Imieniem, znaczone, ktore zdawna do ſamych Cerkwiey należeć ſię zdały, y w iakichkolwiek Ziemiach, y Powiatach naſzych do tąd ie mieli, że wſzyſtkiemi ich Prawy, pobożną ſkawoscią zdało ſię nam im przywrocić, iakoż y przywracamy tym oto Swiadectwem, Liſtu naſzego, do ktorego pieczęć naſzę przydaiemy, &c.

Przywilcy Zygmunta III. na też ſame wolność y ſwobody.

z Metryk Koronnych:

ZYgmunt III z Łaſki Bożey Krol Polſki &c. Oznaymuiemy tym Liſtem naſzym terażnieyſzym y napotym będącym, komu by to wiedzieć należało: iż my Hoſpodar, czując być tę powinność naſzą, abyśmy Chwałę Bożą rozſzerzali y o pomnożenie ſię oney z pilnością ſtarali, do ktorey zgoda y iedność iest wielce potrzebna, a widząc w Pańſtwach naſzych między Duchownemi y swieckiemi ſtany poddanemi naſzemi, iako w Wierze tak w Ceremoniach, a naywięcey w Kalendarzu y w odprawowaniu Swiąt, wielką rożność, napominaliśmy Duchownych zwłaſzcza ſtarſzych Wiary Greckiey Wielebnych, Metropolitę y Epiſkopow, aby ſię

ſię do tey zgody z Kościołem Rzymſkim, ktora y pierwey w iedności bywała, kiedykolwiek doſkonale ſkłonili y ſtarali ſię też tego, iakoby za pomocą Bożą do Iedności y zgody między Ludzmi tych dwoch Religii Rzymſkiey y Greckiey w Pańſtwach naſzych Wielebni, Archi-Epiſkopy Epiſkopowie wſzyſcy, mianowicie Michał Rahoza Archi-Epiſkop Metropolita Kijowſki y Halicki y całey Ruſi. Hipacius Pociey Perwopreſtolnik Epiſkop Włodzimierſki y Brzeſki, Cyryllus Terlecki Exarcha Epiſkop Łucki y Oſtrogſki, Natanael Siedlecki Archi-Epiſkop Połocki, Witepſki, y Mściſławſki, Michał Kopyſtyńſki Epiſkop Przemyſki y Samborſki, Leoncyuſz Pełczycki Epiſkop, Pińſki y Turowſki, Dyonizy Zbirowſki Epiſkop Chełmſki y Bełzki, Gedeon Bałaban Epiſkop Lwowſki, y Kamieniecki, wſzyſcy iednoſtaynie zezwoliwſzy y będąc przychylni ku zgodzie y iedności z Kościołem Rzymſkim przyſłali do nas Hoſpodara z tym, iż oni obwarowawſzy ſobie wſzyſtkie ceremonie y obrzędy Cerkwi Bożey według zwyczaiu ſtanu dawnego Cerkwie Wſchodniey y iako za iedności bywało, a naywięcey w odprawowaniu Służby Bożey y Sakramentow SS. y inſzych ceremonii ſtarodawnych zwykłych, gdzie to im od nas wa-

 rowano

rowano będzie a potym od S. Paſterza naſzego zwierzchnego Papieża Rzymſkiego chcąc bydź pod poſłuſzeńſtwem jego, y onemu iako ſtarszemu Paſterzowi Cerkwi Bożey zwierzchnośc przyznać y pod rozkazowaniem onego bydź, y z Kościołem Rzymſkim zgodzić ſię pozwolili. A tak My Hoſpodar widząc przed ſię wzięcie Ich ſłuſzne y do rzeczy Zbawiennych potrzebne to od nich wdzięcznie przyimuiemy; a iżby za takową chęć ſwoią Łaſkę naſzą Hoſpodarſką ku ſobie znali y zawżdy oney pewni byli, tedy tym teraznieyſzym Liſtem Przywileiem Naſzym, Im ſamym wſzyſtkim Wielebnym Archi-Epiſkopu y Epiſkopom pomienionym Archimandrytom y Ihumenom Prezbiterom y wſzyſtkiemu Duchowieńſtwu Cerkwi Wſchodniey Greckiey Ruſkiey we wſzyſtkich Państwach Naſzych waruiemy y upewniamy y ſłowem naſzym Hoſpodarſkim przyrzekamy y świątobliwie obiecuiemy ſami za ſię, y za Nayiaśnieyſze potomki naſze I. M. Krole Polſkie y W. X. Lit. iż choci żby na tych rzeczonych Archi-Epiſkopow y Epiſkopow po dacie tego Liſtu Przywileiu naſzego od Patryarchow Greckich y Metropolitow iakichkolwiek przyczyny y gwałty ku nie błogoſławieńſtwu na nich wyniſłone y wydawane były, że

to im

to Im ſamym Archiepiſkopom y Epiſkopom y wſzyſtkiemu Duchowieńſtwu Ich naymniey nigdy niwczym ſzkodzić nie ma, y aby takowych Liſtow zaklętych w granice Państwa naſzego nie wnoſzono z pilnością poſtrzegać każemy y obiecuiemy ſłowem naſzym Krolewſkim, dla wſzelkiego oſkarżenia y klątwy y ogłoſzenia by dobrze przeciw ſtanowi według Praw Duchownych y świeckich było, dla wſzyſtkich takowych przyczyn tych Doſtoieńſtw ArchiEpiſkopſtwa y Władyctw ich, na ktorych mieſzkaią y z daniny naſzey y z ſporządzenia naſzego od nich tego nie odeymować y za żywota inſzym Oſobom dawać niemamy, ale ich zachować wcale z przymnożeniem Łaſki naſzey y wywyżſzeniem części w pokoju na tych Władyctwach iako wiecznych Przełożonych Paſterzow Cerkwi Bożey y Bogomodlcow naſzych, poki oſtatniego żywota ich ſtawać będzie obiecuiemy, a po żywocie Ich y przyſzłym Archi-Epiſkopom y Epiſkopom ktorzy na mieyſca ich naſtępować będą, takowąż Łaſkę Im a nie odmienną obiecuiemy. y ku temu zawżdy u nas Hoſpodara wolne ucho y przyſtęp ſami przez ſię, a nie przez przyczyny y inſzych mieć maią, y we wſzelakich ſwobodach y wolnościach zacności uczciwości Prerogatywach tak, iako I. M. Stanu Du-

chownego

chownego Rzymſkiego maią y onych wſzyſtkich zachować mamy y ſłowem naſzym Krolewſkim obiecuiemy ſami za ſiebie y za Nayiaśnieyſzych potomkow naſzych, gdyż tę wolność zdawna ieſzcze od Przodkow naſzych, a oſobliwie od S. y ſławney pamięci Przodka naſzego Krola na on czas Węgierſkiego Polſkiego y W. X. Lit Władyſława nadaną, gdy ſię Cerkiew Grecka z Kościołem Rzymſkim połączyła, nawracaiąc ſię y w zgodzie y iedności pod iedlym Paſterzem widomym Cerkwi Bożey, ktoremu ta zwierzchność zawżdy należała, to ieſt pod świętym Papieżem Rzymſkim bydź chcąc: ſłuſznie y przyſtoynię takową Łaſkę y baczenie naſze Hoſpodarſkie znać maią. Przydaiąc ieſzcze nad to Im y każdemu ktoby ſię do takowey iedności y porządku przychilił ſwobody y wolności potemuż iako J. M. Duchowni Rzymſcy maią tak y oni mieć to maią. To My obiecuiemy ieſzcze y inſzemi Przywiliami naſzemi onym nadawać z przymnożeniem Łaſki naſzey Hoſpodarſkiey, a to wſzyſtko obiecuiemy My Hoſpodar za nas y za Nayiaśnieſze Potomki naſze Krole Jchmc: y Wielkie Xiążęta Litewſkie, tym wſzyſtkim Wielebnym wyżey mianowanym Archi-Epiſkopom Epiſkopom wcale do trzymać do Ich żywota, a po ich żywocie wſzyſtkim na potym będącym, ktorzy na mieyſca ich naſtępować będą. A na umocnienie tey rzeczy daliśmy onym ten naſz Liſt przywiley podpiſawſzy ręką naſzą Krolewſką, do ktorego y pieczęć naſzą Krolewſką y Koronną zawieſić rozkazaliśmy. Piſan w Krakowie Roku od Narodzenia Syna Bożego 1595. Julii 30.

Swobody y wolności, od Władyſława Iagełłowicza, y Zygmunta III. Duchowieńſtwu ziednoczonemu pozwolone, potwierdzone ſą:

Od Iana Kazimierza w Warſzawie na Seymie Walnym. Roku Tyſiąc Sześćſet Szedzieſiąt Oſmego Mieſiąca Auguſta 29. *Dnia.*

Potym od Michała, na Seymie Koronacyi ſwoiey, w krakowie Roku Tyſiąc Sześćſet Pięćdzieſiąt Dziewiątego Mieſiąca 8bra 19 Dnia.

Takoż od Iana III. w Krakowie na Seymie Koronacyi ſwoiey, Roku 1676. *Mieſiąca Marca* 3. *Dnia.*

Uniwersał Zygmunta III. na Synod Brzyski.

Z Xiąg Grodzkich Zamku Łuckiego.

Zygmunt III. Bożą Miłością Krol Polski Wielki Xiąże Litewski, Ruski, Pruski Zmudzki, Mazowiecki, Inflantski, a Szwedzki, Gocki, Waudalski, Dziedziczny Krol. Wielebnym, Jasnie Wielmożnym, Urodzonym y Sławetnym wszystkim w obec y każdemu z osobna; Duchownego y Swieckiego stanu Wiary, y Zakonu Greckiego Ludziom szczerze y wiernie nam miłym Łaskię naszą Krolewską. Przykładem dawney y starożytney zgody Kościoła wschodniego, z Kościołem Zachodnim, za ktorą Państwa y Krolewstwa do wielkiey a nie zwyciężoney sławy przychodzili; Także przykładem Inszych Wielkich Cesarzow, Krolow, y Monarchow potężnych, ktorzy kilkokroć Te Kościoły Jedność z sobą rozerwaną zawdzy z wielką pilnością y staraniem one zgody w klubę łączyli y przywodzili: Y my pragniemy, y życzeny sobie tego, abysmy z Ludźmi temi ktorych Pan Bog wszechmogący z przeyrzenia swego Swiętego, y za wolnym Ich samych obraniem, władzy y zwierzchności naszey Hospodarskiey podał y poruczył, w iedności y społeczności iednemi usty, y iednym sercem Imie Boskie wielbili, y za Dobrodzieystwa nie ogarnione Dziękuiąc, tym potężniey Okrucieństwu Pogańskiemu zastanawiali się. Ponieważ to iaśnie y w mnieyszych rzeczach każdy widzić może: ze zgodą małe wielkiemi urastaią, a w niezgodzie y naywiększe giną y upadaią: tąz za rozerwaniem y rozłączeniem CerkwieGreckiey z Kosciołem Rzymskim osądzić się może; że wszystek Gniew Boski na ludzie się wylał, nieoszacowane Rzeczpospolita Chrześciańska szkody, y nie opłakaną zgubę, Państw zniszczenie wielkich, y sławnych Krolewstw okrutną Ludzi zacnych, Krajow obfitych y znamienitych w Rękach Pogańskich niewolą odnosi, y zażywa, że po ten czas tym większe uciski utrapięnia za niezgodą Chrześciańską, a potężnością nieprzyiacielską, ktorzy Chwałe Boską wyniszczyć wszystkiemi siłami staraią się, ponosi; Jakoż Panuiąc nam szczęśliwie na tych Państwach w Koronie Polskiey, y w W. X. L.; między innym obmyślen[iem]

ktorych

spraw

ſpraw Rzeczypoſpolitey niemniey do tego umyſł naſz ſkłonili, iakoby Ludzie Religyi Greckiey w Panſtwie naſzym do pierwſzey y ſtarożytney iedności, z Kościołem powſzechnym Katolickim Rzymſkim pod Poſłuſzeńſtwo iednego zwierzchnego Paſterza przywiedzieni byli, y iuż za zgodą Oſob Duchowieńſtwa Greckiego Starſzych przełożonych waſzych wyprawieni byli Poſłami do Swiętego Oyca Papieża, ku Stolicy Apoſtolſkiey Rzymſkiey, Wielebni Ipacy Episkop Włodzimierſki y Brzyſki, y Kyryłł Terlecki Exarcha Episkop Łucki, y Oſtrogſki, ktorzy u Oyca Swiętego bywſzy, y z wielką pociechą was wſzyſtkich Ludzi Zakonu Greckiego, odprawieni będąc na zadſię powrocili. Z kąd nic nowego, y zbawieniu waſzemu przeciwnego, a na koniec od Ceremoniy waſzych Cerkiewnych zwykłych nic rożnego uprzeymościom y wiernościom waſzym nieprzynoſzą. Ale według Dawney nauki Oycow Swiętych Greckich, ktorych Imiona uprzeymości y wierności waſze Wielbicie, y Dni Swięcicie, y wſzyſtko według Swętych Soborow Apoſtolſkich wyrokow, wam całe zachowano. Co wſzyſtko Ci mianowani Poſłowie doſtatecznicy uprzemościom y

wier-

wiernościom waſzym ku pomnożeniu Chwały Imienia Boſkiego y ku dalſzey zapomocą go Swiętą was wſzyſtkich ku pocieſzę odnieść potrzebuią. Zaczym y niemało Ludzi znacznych Wiary Greckiey, pragną tak Swiątobliwego ziednoczenia. Proſili nas, abyśmy dla prętſzego przyprowadzenia do ſkutku tey ſprawy, Syn od złożyć roſkazali. Tedy My Hoſpodar pozwoliliśmy Wielebnemu, Kyr Michałowi Rohozie Metropolicie Kijowſkiemu y Halickiemu, y wſzyſtkiey Ruſſyi Iako zwierzchnemu y Przełożonemu w wierze waſzey Greckiey Paſterzowi, aby Synod uprzeymościom y wiernościom waſzym Ludziom tey Religii Greckiey, a wiernym y miłym poddanym naſzym napewnym mieyſcu w Mieście naſzym Brzeſkim na czas, ktory Wielebności Iego, y Duchownym Przełożonym Starſzym nayſpoſobnieyſzy zdawać ſię będzie, przez Liſty ſwoie złożył, będąc pewnemi, że uprzeymość y wierność waſza gdy ſię porachuiecie, nic potrzebnieyſzego, waznieyſzego y pocieſznieyſzego pożądać ſobie niemożecie nad Tę świętą iedność Starodawney powſzechney Wiary, ktora miłość zgodę y pokoy ſpolny między narodami zatrzymywa y mnoży; y Całość Rzeczypoſpo-

litey

